SUPER CONCORDATIS INTER SANCTAM SEDEM APOSTOLICAM ET INCLITAM...

Georg Branden

cæ firmitatis adijcere, nec non auctoritatem potiorem, & decretum interponere dignaremur. Nos itaq; qui ſtatuta, ordinationes, & Concordata prædicta per nonnullos ex venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, magnorũ maturitatis, authoritatis, & literaturæ Viros diligenter examinari, & diſcuti fecimus; eaq; rationabilia, & ſa-
5 lubria tam Eccleſiæ, quam Nationi præfatæ fore comperimus, de dictorum, & aliorum Venerabilium Fratrum noſtrorum prædictæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu Apoſtolica authoritate, & ex certa ſcientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, iuxta modum, & formam ſubſe-
6 quentes. Placet nobis ſuper prouiſione Eccleſiarum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunq; vti iuris ſcripti reſeruatione, & execrabilis, & ad regimen conſtitutionum,
7 modificatis vt ſequitur. Ad regimen Eccleſiæ generalis quamquàm immeriti ſuperna diſpoſitione vocati gerimus in noſtris deſiderijs, vt debemus, quod per noſtræ diligentiæ ſtudium ad quarumlibet Eccleſiarum, & monaſteriorũ regimina, ac alia beneficia eccleſiaſtica iuxta diuinum beneplacitum, & noſtræ intentionis affectum viri aſſumantur
8 idonei, qui præſint, & proſint committendis eis Eccleſijs, monaſterijs, & beneficijs prælibatis: Præmiſſorum itaque conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis alijs rationabilibus cauſis nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes omnes Patriarchales, Archiepiſcopales; Epiſcopales Eccleſias; & etiam Monaſteria, Prioratus, Dignitates, Perſonatus, & Officia; nec non Canonicatus, Præbendas, & Eccleſias, cæteraq; beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, ſecularia, & regularia quæcunq; & qualiacunq; fuerint, etiamſi ad illa
9 perſonæ conſueuerint, ſeu debuerint, per electionem, ſeu quemuis alium modum aſſumi, nunc apud Sedem Apoſtolicam quocunq; modo vacantia, & in poſterum vacatura,

nec

nec non per depoſitionem, vel priuationem, ſeu tranſlatio- 10
ne per nos, ſeu authoritate noſtra factas, & inantea facien-
das vbilibet: Nec non ad quæ aliqui in concordia, vel di- 11
ſcordia electi, ſeu poſtulati fuerint, quorum electio caſſata,
ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renunciatio, & ad-
miſſa authoritate noſtra extiterit, ſeu quorum electorum,
vel poſtulatorum, & inantea eligendorum, vel poſtulando-
rum electionem caſſari, ſeu poſtulationem repelli, aut re-
nunciationem admitti per nos, aut authoritate noſtra con-
tinget apud Sedem prædictam, vel alibi vbicunq;, & etiã
per obitum Cardinalium eiuſdem Eccleſiæ Romanæ, aut 12
officialium dictæ Sedis, quandiu ipſa officia actualiter tene-
bunt (videlicet, Vicecancellarij, Camerarij, ſeptem No-
tariorum, Auditoris literarum contradictarum, & Apoſto-
lici Palatij cauſarum Auditorum, Correctorum; centum &
vnius Scriptorum Literarũ Apoſtolicarum, & vigintiqua-
tuor Pœnitentiariæ præfatæ Sedis, & vigintiquinque Ab-
breuiatorum, nec non verorum commenſalium noſtrorum, 13
& aliorum vigintiquatuor Capellanorum Sedis eiuſdem in
epitaphio deſcriptorum) & etiam quorumcunq; Legatorũ,
ſeu Collectorum, ac in terris Romanæ Eccleſiæ Rectorum,
ac Theſaurariorum deputatorum, ſeu miſſorum hactenus,
vel deputandorum, aut mittendorum in poſterum, nunc va-
cantia, & inantea vacatura vbicunq; dictos Legatos, vel
Collectores, ſeu Rectores, & Theſaurarios antequàm ad
Romanam Curiam redierint, ſeu venerint rebus eximi con-
tigerit ab humanis; nec non quorumlibet pro quibuſcunq; 14
negotijs ad Romanam Curiam venientium, ſeu etiam rece-
dentium ab eadem ſi in locis à dicta Curia vltra duas die-
tas legales nõ diſtantibus iam forſan obierint, vel eos inan-
tea ab hac luce tranſire contigerit, & etiam ſimili modo
quorumcunq; Curialium peregrinationis, infirmitatis, ſeu
recreationis, vel alia quacunq; cauſa ad quæuis loca ſece-
dentium, ſi eos antequam ad dictam Curiam redierint in

locis vltra duas dietas ab eadem Curia, vt præmittitur non
remotis (dumodo eorum proprium domicilium non exi-
ſtat ibidem) iam forſan deceſſerint, vel in poſterum eos cō-
tinget de medio ſubmoueri, etiam nunc per obitum huiuſ-
modi vacantia, vel in poſterum vacatura: Rurſus Monaſte-
15 ria, Prioratus, Dignitates, Perſonatus, Decanatus, Admini-
ſtrationes, Officia, Canonicatus, Præbendas, & Eccleſias, cæ
teraq; beneficia eccleſiaſtica ſęcularia, & regularia cum cu-
ra, vel ſine cura, quæcunq; & qualiacunq; fuerint, etiamſi
ad illa perſonæ conſueuerint, ſeu debueriut, per electionem,
ſeu quemuis alium modum aſſumi, quæ promoti per nos ſeu
authoritate noſtra, ad Patriarchalium, Archiepiſcopalium,
& Epiſcopalium Eccleſiarum, nec non Monaſteriorum re-
gimina obtinebant tempore promotionum de ipſis facta-
rum nunc quocunq; modo vacantia, aut in poſterum vaca-
16 tura: Nec non etiam per aſſecutionem pacificam quorum-
cunq; Prioratuum, Perſonatuum, Officiorū, Canonicatuum,
Præbendarum, Eccleſiarum, aut beneficiorum aliorum per
nos ſeu authoritate noſtrarum literarum immediatè colla-
torum ſeu conferēdorum in poſterum, præterquam ſi virtu-
te gratiæ expectatiuæ aſſecutio fiet, nunc vacantia, & inan-
tea vacatura, plena ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis cū
Fratribus noſtris collatione præhabita, & matura delibera-
tione ſecuta, Ordinationi, diſpoſitioni, & prouiſioni noſtræ,
de ipſorum fratrum conſilio authoritate Apoſtolica reſer-
uamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſu-
17 per præmiſſis, & quolibet eorum per quoſcunq; quauis au-
thoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.
Item placet nobis, quod in Metropolitanis, & Cathedra-
18 libus etiam immediatè non ſubiectis Eccleſijs: & in Mona-
ſterijs immediatè ſubiectis Sedi Apoſtolicæ, fiant electio-
nes canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur, quas etiam
ad tempus conſtitutionis, fæl. recor. Nicolai Papæ. III. quæ
incipit Cupientes, exſpectabimus, & elapſo dicto tempore ſi
non

non præſentatæ, vel ſi præſentatæ minùs canonicæ fuerint, prouidebimus, & ſi canonicæ fuerint eas cõfirmabimus, niſi ex rationabili, & euidenti cauſa, ac de dictorum Fratrum 19
cõſilio, de digniori, & vtiliori perſona duxerimus prouidẽdum, prouiſo quod confirmati prædicti, & per nos prouiſi Metropolitanis ſuis, & alijs præſtent debita Iuramenta, & alia ad quæ de iure tenentur. Et in Monaſterijs dictæ Sedi immediatè non ſubiectis, & alijs regularibus beneficijs, 20
ſuper quibus pro confirmatione, vel prouiſione ad dictam Sedem non conſueuit haberi recurſus, electi ſeu illi, quibus prouidendum eſt, pro confirmatione, & prouiſione huiuſmodi ad Curiam Romanam venire non tenebuntur: Ipſaque Regularia beneficia ſub exſpectatiuis gratijs non cadant. Vbi autem pro Monaſterijs ad dictam Curiam venire ſeu mittere conſueuerint, non aliter confirmabimus, vel proui- 21
debimus, quam ſuperiùs de Cathedralibus Eccleſijs eſt expreſſum. Et de Monaſterijs monialium non diſponemus, niſi ſint exempta, & tunc per commiſſionem ad partes. De cæteris verò Dignitatibus, & beneficijs quibuſcunque ſecularibus, & regularibus vacaturis vltra reſeruatio- 22
nes prædictas (maioribus Dignitatibus poſt pontificales in cathedralibus, & principalibus in collegiatis Eccleſijs exceptis) de quibus iure ordinario prouidetur per illos inferio- 23
res, ad quos aliàs pertinet, placet etiam nobis, quod per quamcunq; aliam reſeruationem, gratiam exſpectatiuam, aut quamuis aliam diſpoſitionem, ſub quacunq; verborum forma, per nos, vel authoritate noſtra factam, vel faciẽdam, non impediemus nos quominùs de illis cum vacabunt de Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris 24
menſibus liberè diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quęuis alia diſpoſitio pertinebat reſeruatione aliaue quauis diſpoſitione, authoritate noſtra factis, vel faciẽdis nõ obſtantibus quibuſcũq;. Quotiens verò aliquo vacante beneficio in Ianuarij, Mar- 25

tij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris menſibus ſpeciali-
ter diſpoſitioni dictæ Sedis reſeruatis non apparuerit intra
tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficij, quod ali
cui de illo Apoſtolica authoritate prouiſum fuerit, ex tunc
& non antea Ordinarius, vel alius ad quem illius diſpoſitio
pertinebit, de illo liberè diſponere poterit. Et ad finem vt
hæc ordinatio collationum beneficiorum nõ reſeruatorum
per alternos menſes poſſit per dictam Nationem publicari,
& omnes, qui ea gaudere voluerint tempus congruum ha-
beant eam acceptandi, tunc quoad dictam Sedem à Calen-
26 dis Iunij ꝓximè futuris ipſa currere incipiet, & durabit de-
inceps, niſi in futuro Concilio de conſenſu dictæ Nationis
27 aliter fuerit ordinatum. Placet ſimiliter nobis, quod circa
prouiſionem dictæ Sedis ordinandam modus Annatarum
hoc modo currat. De Eccleſijs Cathedralibus omnibus,
& Monaſterijs Virorum duntaxat vacantibus, & vacaturis
ſoluantur de fructibus primi anni à die vacationis, Summæ
pecuniarum in libris Cameræ Apoſtolicæ taxatæ, quæ com-
munia ſeruitia nuncupantur: Et ſi quæ exceſſiuè taxatę ſint,
28 retaxentur, & quod prouideatur in grauatis regionibus, ſe-
cundum qualitatem rerum, temporum, & regionum ne ni-
miùm prægrauentur: ad quod petentibus dabimus Commiſ-
29 ſarios in partibus, qui diligenter inquirant, & retaxent. Ta-
xæ autẽ prædictæ pro media parte infra annum à die habi-
tæ poſſeſsionis pacificæ totius, vel maioris partis, ſoluantur:
30 & pro alia media parte infra annum ſequentem: Et ſi in-
fra annum bis, vel pluries vacauerint, ſemel tantum ſoluan-
tur; nec debitum huiuſmodi in ſucceſſorem in Eccleſia, vel
Monaſterio tranſeat: De cæteris verò Dignitatibus, Perſo-
natibus, Officijs, & beneficijs ſecularibus, & regularib. qui-
buſcunq; quæ authoritate dictæ Sedis conferentur, vel de
quibus prouidebitur (præterquam vigore gratiarum expe-
ctatiuarum, aut cauſa permutationis) ſoluantur Annatę, ſeu
31 medij fructus iuxta taxam ſolitam à tempore poſſeſsionis
infra

infra annum; & debitum huiuſmodi ſimiliter in Succeſſorem in beneficio non tranſeat. Sed de beneficijs, quæ valorem vigintiquatuor florenorum auri de Camera non excedunt, nihil ſaluatur: Duretq; hæc obſeruantia deinceps, niſi 32
eam ſimiliter in futuro Concilio de ipſius Nationis conſenſu contingat immutari. In alijs autem quæ per fæl. recor. Eugenium Papam IIII. etiam prædeceſſorem noſtrum, pro dicta Natione vſq; ad tempus futuri generalis Concilij, permiſſa, conceſſa, indulta, & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa Concordiæ præſenti non obuiant, iſta vice, nihil volumus eſſe immutatum. Et per hoc quod in Concordatis huiuſmodi, ſiue quibuſuis alijs eorum occaſione conficiendis literis propter compendioſiorem deſcriptionem Alemania ſpecialiter appellatur Natio ipſa cenſeri non debet à Germanica Natione diſtincta ſeu quomodo- 33
libet ſeparata. Et præterea quia difficile foret præſentes literas ad ſingula in quibus de eis forſan fides facienda fuerit, loca deferri, eadem Apoſtolica authoritate decernimus, quod ipſarum tranſumpto Metropolitanorum dictæ Nationis ſigillo munito, tanquam præſentibus ſi exhiberentur 34
literis plena fides adhibeatur, & perinde ſtetur, ac ſi dictæ præſentes literæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Et inſuper quoq; irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam qua- 35
uis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, commutationis, reſeruationis, cõſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, & beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrũ anno Incarnat. Dñicæ Milleſimo, quadringẽteſimo, quadrageſimo octauo, Decimoquarto Cal. Aprilis. Pontific. noſtri Anno ſecundo.

Sumptum ex Regiſtro Bullarum Nicolai Papæ V. lib. 2. Secretorum fol. 203. & collat. concordat.

De Prælatis, & Principibus vſurpantibus diſpoſitiones beneficiorũ Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, aut impedientibus Sedis Apoſt. prouiſiones, contra formam Concordatorum inter eandem Sedem Apoſt. & Nationem Germaniæ.

Conſtitutio Clementis Papæ VII.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

ADmonet nos incumbentis nobis paſtoralis officij cura, vt non ſolum nobis, ſed etiã cunctorum Chriſti fidelium, & præſertim eccleſiaſticarum perſonarum profectibus diligenter intẽti, illorum occurramus diſpendijs, & quæ in cuiuſq; ipſorum præiudicium ſiue noxam quauis etiã authoritate prodijſſe comperimus, ſalubriter reformemus. Sanè dudum ad noſtram
1 peruenit notitiam, qualiter nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac Eccleſiarum Prælati, nonnulli etiam Principes, & Domini tẽporales inclitæ Nationis Germanicæ, poſt miſerabilẽ Vrbis direptionem, collationes, & diſpoſitiones beneficiorum eccleſiaſticorum nobis, & Sedi Apoſt. etiam virtute CONCORDATORVM inter Sedem, & Natio-
2 nẽ præfatas reſeruatorum temerè vſurpare præſumpſerũt, ac collationes, & diſpoſitiones noſtras, & dictæ Sedis de illis factas admittere cõtempſerunt, nedum in noſtrum, & ipſius Sedis vilipendium, ſed etiam iurium noſtrorum, & eiuſdem Sedis, ac illorum quibus de ipſis beneficijs prouidimus aut in quorum fauorem aliàs diſpoſuimus, ſeu prouideri, &
3 diſponi mandauimus, graue præiudicium. Et quamuis contra præſumptores, & cõtemptores huiuſmodi in Bulla, quæ quotãnis in die Cœnæ Domini de more lecta fuit, declarauimus,

uimus, & proteſtati fuimus , quod in præmiſſis, & alijs qui-
buſcunq; Iuribus dictæ Sedi,& Sanctæ Rom. Eccleſiæ vnde-
cunq; , & quomodocunq; quæſitis,ſeu quærendis per quoſ-
cunq; actus contrarios,aut quomodolibet præiudicantes,ta
citos,vel expreſſos à nobis , vel ab eadem Sede quomodoli-
bet factos, vel faciendos,aut quemcunq; temporis fluxum ,
vel patientiã, vel tolerãtiam noſtram nobis aut eidem Sedi
nullatenus prçiudicari debere, aut quomodolibet poſſe ; tñ
ſicut, non ſine animi noſtri mærore, intelleximus , nonnulli
ex Archiepiſcopis,Epiſcopis,Prælatis;Principibus,& Domi
nis prædictis, adhuc à præmiſſis deſiſtere non curarunt , nec
de præſenti curant;quinimo, quod deterius eſt , ne prouiſio- 4
nes Apoſtolicæ admittantur,per ſua mandata etiam pœna-
lia prohibere non verentur,in animarum ſuarum graue peri
culum,& aliorum Prælatorum ac Principum Catholicorum
dictæ Nationis pernitioſum exemplum, & ſcandalum pluri
morum ; Nos igitur, qui à dictis CONCORDATIS,
quæ olim Romanæ Eccleſiæ , & dictæ Nationis hominibus,
pro ipſius Eccleſiæ vnione , ac pace , & tranquillitate inter
Eccleſiam , & Nationem prædictas perpetuò ſolidandis , & 5
conſeruandis laudata,concluſa,& accepta fuerunt, nullate-
nus recedere intendimus,ne dicti præſumptores,& contem-
ptores,aut per eos in dictis beneficijsintruſi ex huiuſmodi te
meraria præſumptione gloriari valeant, neuè ipſi intruſi ex
adulterinis eorum titulis aliquem fructum reportent,nec il-
lis quibus de beneficijs prædictis per nos aut dictam Sedem
ſeu eius authoritate prouiſum extitit , & in futurũ prouide-
bitur,per alicuius temporis fluxum,ſeu aliquam patiẽtiam ,
vel tolerantiam præiudicium fiat, aut factum cenſeatur , ex
paſtoralis officij debito prouidere volẽtes,ac CONCOR-
DATIS prædictis firmiter inhærentes , Motu proprio, &
ex noſtra matura deliberatione,ac certa ſcientia,authorita-
te Apoſtolica, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore
præſentium declaramus prætenſas collationes , & alias di-

6 ſpoſitiones de quibuſcunq; beneficijs eccleſiaſticis cum cu-
ra,& ſine cura, nobis & dictæ Sedi, vt præfertur reſeruatis,
per Archiepiſcopos,Epiſcopos,Prælatos,ac ſeculares Prin-
cipes,& Dominos quoſcunq; dictæ Nationis ſeu ad eorum
præſentationem, vel nominationem, etiam per Ordinarios
ipſorum beneficiorum collatores à tempore dictæ direptio-
nis citra contra tenorem,& formã dictorum CONCOR-
DATORVM quomodolibet factas,& in poſterũ facien-
das, perſonis quibus aut in quarum fauorem factæ ſunt, aut
in poſterum fient,niſi ſint per nos,aut noſtra,vel dictæ Sedis
7 authoritate approbatæ,nullum titulum,vel colorem ipſa be-
neficia poſſidẽdi tribuiſſe,aut in futurum tribuere, ſed,& il-
los pro malæfidei poſſeſſoribus,& merè intruſis ab omnibus
haberi, & cenſeri, ac fructus per eos ex beneficijs huiuſmo-
di perceptos, & percipiendos, nullo vnquàm tempore ſuos
8 facere, ſed ad illorum reſtitutionem in vtroq; foro efficaci-
ter obligatos eſſe,& ad illorum reſtitutionem, ad eorũ quo-
rum intereſt, ſeu etiam fiſci noſtri inſtantiam, omnibus vijs
Iuris,& remedijs compelli poſſe, & debere, & eos nullo vn-
9 quam tempore beneficio Regularum de annali, & triennali
pacifico poſſeſſore gaudere potuiſſe aut poſſe. Illis verò qui-
bus eadem beneficia per nos, aut auctoritate noſtra, vel di-
ctæ Sedis, tenore & forma Concordatorum huiuſmodi ſer-
uatis,collata ſeu commendata ſunt,aut in futurum conferẽ-
tur,vel commendabuntur, nec non Eccleſijs, & locis eccle-
ſiaſticis ac collegijs,quibus perpetuò, vel ad tempus eadem
authoritate vnita ſunt, aut in poſterùm vnientur, ac omni-
bus illis,qui in executione literarum Apoſtolicarũ eis con-
ceſſarum per conſtitutiones, ſeu mandata Archiepiſcopo-
rum,Epiſcoporum, Prælatorum, Principum, vel Dominorũ
prædictorum,hactenus quomodolibet impediti fuerunt,aut
10 in poſterum impedientur,dictas Regulas, & quemcunq; tẽ-
poris fluxum ſeu patiẽtiam, vel tolerantiam minimè obſtã-
re debere,quominus contra dictos intruſos, & intrudendos
quocunq;

quocunq; tempore iudicialiter experiri valeant. Decer-
nentes ſic per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios quauis
authoritate fungentes, Sanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinales,
& Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores ſentētiari, inter-
pretari,& iudicari debere, ſublata eis, & eorū cuilibet qua-
uis aliter ſententiandi, interpretandi,& iudicādi facultate, 11
& poteſtate,ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper ijs ab eis,vel
quibuſuis alijs quauis authoritate ſciēter, vel ignorāter at-
tentatum forſan eſt hactenus, aut in poſterùm cōtigerit at- 12
tentari. Non obſtantibus regulis, & alijs præmiſſis, alijſq;
conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque
contrarijs quibuſcunq;. Vt autem præmiſſa ad omniū no-
titiam deducantur, volumus, & mandamus pręſentes in
Cancellaria Apoſtolica more ſolito publicari, & in quin-
terno eiuſdem Cancellarię deſcribi. Præterea quia difficile
foret pręſentes literas ad ſingula loca, in quibus de eis for-
ſitan fides facienda foret, deferre, eadem Apoſtolica au- 13
thoritate decernimus, quod ipſarum trāſumptis, manu ali-
cuius Notarij publici inde rogati ſubſcriptis, & ſigillo ali-
cuius perſonæ eccleſiaſticę in dignitate cōſtitutę munitis,
ea prorſus in iudicio, & extra, & aliàs vbilibet fides indu-
bitata adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi eſſent
exhibitę,vel oſtenſæ. Nulli ergò omnino hominum liceat 14
hanc paginam noſtræ declarationis, decreti, & voluntatis,
infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem
hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis
Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe no-
uerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno In-
carnationis Dominicę, milleſimo, quingenteſimo, trigeſi-
mo quarto; Cal. Iulij, Pontificatus noſtri Anno vndecimo.

Bloſius.

Lecta & publicata fuit in Cancel. Apoſt. die 13. Iulij M. D. XXXIIII.

Et ego Laertius vidi regiſt. in quinter. eiuſdē Cancel. fol. 330.

GREGORII XIII. SVPER CONCORDATIS GERMANIAE.

Quod Ordinarij collatores prætextu literarum Nicolai Papæ V. pro CONCORDIA Germaniæ, conferre non poſſunt beneficia eccleſiaſtica poſt tres menſes ex quo vacarunt, ſi de illis intra hoc tempus à Sede Apoſtolica prouiſum eſt.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

QVAE in Eccleſiam Dei incommoda inferunt, noſtra nos expedit animaduerſione mouere. Cum itaque per literas fœl. rec. Nicolai Papæ V. nationi Germaniæ pro illius vnitate & concordia cum Sede Apoſtolica, inter alia concedatur, vt quoties aliquo vacante be-
1 neficio eccleſiaſtico, in menſibus Ianuarij, Martij, Maii, Iulii, Septembris, & Nouembris, in quibus vacantium Germaniæ beneficiorum eccleſiaſticorum diſpoſitio dictæ Sedi ſpecialiter reſeruata eſt, non apparuerit intra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo Apoſtolica authoritate prouiſum fuerit, ex tunc & non an-
2 tea Ordinarius, vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinet, de illo diſponere poſsit, & ſæpenumerò contingat, vt antequam inquiſitio, quam plerumq; etiam in concurſu pluriũ, ſiue in partibus, ſiue apud dictam Sedem fieri oportet, in vitam, mores, & doctrinam eorum, quibus de dictis beneficijs per Sedem eandem prouidẽdum eſt, compleri poſsit, aut antequam de ipſis prouiſionibus, ſeu de mandatis, quæ ad inquiſitiones, & prouiſiones huiuſmodi faciendas ab eadem Sede impetrantur, vel motu proprio procedunt, li-

teræ Apoſtolicæ conficiantur, vel etiam antequam manda-
ta ipſa à Iudicibus ad quos directa ſunt, recipiantur, vel re-
cepta expediantur, interdum quoq; literis Apoſtolicis ex-
peditis, & gratia purificata, ſeu mandatis prædictis rece-
ptis, & inquiſitione completa, antequam omnimoda exe-
cutio perficiatur, propter diuerſa impedimenta, quæ fre- 3
quenter ſuccedunt, tempus trium menſium ex quo vacatio
beneficij, in loco ipſius nota eſt, expiret, ac proinde Ordi-
narij locorum, aut alii ad quos talium beneficiorum diſpo-
ſitio, ceſſantibus Apoſtolicis reſeruationibus, pertinet, la-
pſo tempore prędicto, licet priuſquam illud laberetur, pro-
uiſionis, ſiue alterius diſpoſitionis de illis à dicta Sede iam
gratia facta fuerit (quod ipſum ad tribuendum, & quęren- 4
dum ius ſatis ſuperq; eſſe certa iuris interpretatione fre-
quenter declaratum eſt) illa tamen conferre contendant:
Qua de cauſa multis religione, & pietate inſignibus, quan-
do ij poſt oſtenſum virtutis, & doctrinę ſuę ſpecimen, atque
inde emenſos labores, & ſumptus, beneficiis potiri debe-
rent, alii præoccupatores obtentu ordinarię collationis hu- 5
iuſmodi contra aduerſantur: Nos indignum rati, quod tem
poris mora, quam ad perſcrutandam accuratius talium pro-
bitatem, induſtriam, & alia requiſita intercedere pro vtili-
tate Eccleſię neceſſe eſt, locum iniuriis aperiat, attenden-
tesque verba prędicta (*in loco beneficij*) cum verbis (*notæ* 6
vacationis) quę protinus antecedunt coniungi, & ad illa
duntaxat referri, ac voluntatem concedentis, ſenſumque
conceſsionis, & literarum prędictarum ſic eſſe, vt diſpoſi-
tio beneficii intra tres menſes à die notę vacationis à Sede
prędicta fieri, deque gratia facta alicubi apparere debeat,
quemadmodum re inter vtriuſq; iuris interpretes iamprid
controuerſa ſumma ratione iudicatum apparet: Vix enim
eſt, vt itineribus non modo infeſtis, aut prohibitis, quod 7
ferè ſemper aliquo contingit, ſed etiam expeditis, quis ex
tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, &

in

in ea ad expediendum negotium, vel pauliſper moratus, in
eaſdem ſe recipere tanta temporis anguſtia poſsit. Quo-
circa æquitate, & iuſtitia ſuadentibus, præſentium authori-
tate declaramus conceſsionem Nicolai Papæ, & literas præ-
8 dictas locum omninò non habere, quòd Ordinarij, aut alii
collatores prædicti, poſt lapſum trium menſium ex die notæ
vacationis in loco beneficij diſponere poſsint de vllis bene-
ficiis prædictis, aliàs ſub conceſsione, & literis prædictis
comprehenſis extra Rom. Cur. in menſibus prædictis quo-
9 quomodo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum
tempus trium menſium per Romanum Pontificem, ac dictã
Sedem qualiſcunq; gratia, vel diſpoſitio, aut conceſsio fa-
cta fuerit: Ne tamen cuiquam licitum ſit factam à Sede præ-
dicta diſpoſitionem huiuſmodi in lõgum obtegere, illi qui-
bus deinceps gratiæ huiuſmodi concedentur, earum conceſ-
10 ſionum fidem, & teſtimonium intra tres menſes à die notæ
vacationis in loco beneficii huiuſmodi, vel dictis collatori-
bus ſignificare, vel in ipſo beneficii loco publicare quoquo
modo teneantur. Decernentes omnes, & quaſcunq; diſpo-
ſitiones de dictis beneficiis ab eiſdem collatoribus poſt ſi-
11 gnificationem, ſeu publicationem huiuſmodi pro tempore
factas, nullas, & inualidas, nulliuſq; roboris, vel momenti
fore. Sicq; in quibuſuis cauſis pendentibus, & futuris iudi-
cari debere. Nec non irritum, & inane quicquid ſecus ſu-
per his ab eiſdem collatoribus, aut quibuſcunq; aliis ſcien-
12 ter, vel ignoranter contigerit attentari. Quod ſi fortè quiſ-
quam collatorum prædictorum fuerit præſentium violator,
eum à beneficiorum, & officiorum collatione tandiù ſuſpen-
dimus, donec ipſe veniam petens reſtitutionis gratiam à Se-
13 de prædicta meruerit obtinere. Cæterùm volumus vt præ-
ſentium tranſumptis etiam impreſsis Notarii publici manu,
& ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ obſi-
gnatis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbique
locorum adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi
eſſent

eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, decreti, ſuſpenſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud 41
S. Petrũ Anno Incarnationis Dominicę M. D. LXXVI. Calen. Nouemb. Pontificatus noſtri Anno V.

Cæſar Glorierius.

M. Datarius.

Anno à Natiuitate Domini M. D. LXXVI. Ind. quarta die vero xxix. menſis Nouembris Pont. Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorii diuina prouidentia Papæ XIII. Anno V. retroſcriptæ literæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt; & per aliquod temporis ſpacium dimiſſę in Valuis S. Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in acie Campi Florę per nos Ioannem Freyle, & Claudium Mongeat eiuſdem S. D. N. Papæ Curſores.

Antonius Ludouicus
Magiſter Curſorum.

SVPER CONCORDATIS GERMANIAE.

An ſint Concordata Germanię?

MIrabitur aliquis me hanc proponere quæſtionem cum ex trium Pontificum Nicolai V.
1 Clementis VII. & Gregorij XIII. Bullis clarè conſtet de exiſtentia Concordatorum: Sed hoc dubium nonnulli in Germania, quorundam, proch dolor, prælatorum animis malè imprimunt, & quaſcunq; ab Ordinarijs, in quibuſcunq; mēſibus, & de cuiuſcunq; generis beneficijs nulliter factas prouiſiones cum multarum animarum periculo defendere non erubeſcunt: ex
2 clamantes, & fumum ac fucum congerentes ex illis verbis in libello Illuſtriſsimi Cardinalis Simonettæ de Reſer. q. 1. nu. 3. per quendam Granutium ſic appoſitis: *tametſi Germanij has reſeruationes non admittant (prout neq; Galli) id manifeſtò nobis probant Abb. &* Decius *ad c. 5. de elect. ille*
3 *nu. 4. hic nume. 1. quorum ſententijs Burſatus loco præcitato (conſi. 126. lib. 2.) nu. 25. & 98. ſe ſubſcripſit. Addimus pariter Caſsiadorum deciſ. vnica de pact. incipien. Concordata Germaniæ; & Ioan. Paul. Ptolom. dec. 85. incip. Virdunen. Canonicatus; atq; Puteum deciſ. 47. incipien. Nicolaus V. li. 1. dicentes ex eo procedere, quia habent facultates beneficia conferendi reſeruationibus, & exſpectatiuis non obſtantibus.*
4 Qui hæc nuda verba iurium Sedis Apoſtolicę ignaris proponunt, non difficulter perſuadent, Ordinarios Germanię poſſe conferre beneficia reſeruationibus minimè conſideratis, quaſi nulla, vel nullius vigoris eſſent Concordata. Et exinde aliqui Sedis Apoſtolicę prouiſiones quibuſcunque
5 Ordinariorum attentatis poſtponentes generalem formant propoſitionem. *Germanis non obſtant reſeruationes Pontificiæ niſi iuxta conſtitutiones Execrabilis, & Ad Regimen*

modiſi-

modificatas: & Concordata nihil aliud, quàm modificationẽ dictarũ conſtitutionum continent. Attamen horum fraus, & dolus ex eiuſdem Simonettæ libello, eodemque §. tametſi abundè conuincitur, ſi dicti §. principium conſideremus, & finem præmiſsis adiungamus: non enim dicit author, *tametſi omnes reſeruationes*, ſed has, id eſt, *quę cum Concordatis pugnant*. Et hæc interpretatio ex fine §. clarior euadit: nam poſt illa verba: *quia habent facultates beneficia conferendi reſeruationibus, & exſpectatiuis non obſtantibus:* 6
mox ſubiungitur: *Galli à Leone X. anno 1516. Germani autem à Nicolao V. vt idem Burſ. oſtendit ibid nu. 85. & ſequ. quę facultates Concordata appellantur*. Vides igitur authorem non omnes reſeruationes à Germanis remouere, ſed eas ſolùm, quæ facultatibus per Concordata conceſsis præiudicant. Et in eodem ſenſu accipienda ſunt allegatorum 7
Doctorum reſponſa, qui cum primis loquuntur de gratijs exſpectatiuis (quas *preuentiuas* appellant) vt hæ minimè obſtent, quominùs Ordinarij Germaniæ poſsint conferre 8
beneficia in Febr. April. Iunij, Auguſti, Octob. Decemb. menſibus extra Rom. Curiam vacantia; Sicut etiam aliç reſeruationes Germanos non impediunt quominùs in Metropolitanis, & Cathedralibus quibuſcunq; atq; Monaſterijs Sedi Apoſtolicę immediatè ſubiectis fiãt electiones intra tẽpus à Nicolao III. præſcriptum. De quibus latiùs infra. 9
Cõfirmatur ſupradicta interpretatio ex Rebuffo ſuper Regi. 1. ſic loquente: *Habent* (videlicet Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ) *vim legis: In Francia tamen, ſi ſint contrariæ Concordatis, iſtas Regulas non ſeruamus*. Inſuper nos Germani circa noſtra Concordata fateri omninò cogimur per 10
§. Quotiẽs, generaliter reſeruari beneficia in Martio, Maio, Iulio, Septembri, Nouembri, Ianuario vbicunq; vacantia vſq; ad tertium menſem à die notæ vacationis.

D QVAE-

An Concordatis Germaniæ opponi poſsit præſcriptio.

PRo affirmatiua parte videntur hæc argumenta. Primò, præſcriptione poſſumus acquirere alienam iuriſ-
1 dictionem : ius conferendi beneficia indifferenter in omnibus mēſibus eſt ſpecies iuriſdictionis, ergò illud erit acquiſibile per præſcriptionem. Secundò: Quicquid poſſumus
2 obtinere priuilegio, vel indulti ſpecialis conceſſione, id etiam poſſumus acquirere præſcriptione; at priuilegia, & indulta huiuſmodi paſſim à Summis Pōtificibus conceduntur Electoribus Imperij, & magnis Principibus eccleſiaſticis: ergò præſcriptione idem conſequi poterimus. Tertiò: quia Caſſadorus ſuper Reg. Cancel. deciſ. 11. Regulā de
3 triennali poſſeſſore extendit in fauorem prouiſi ab Ordinario de præpoſitura, ſeu prima dignitate, non obſtantibus
4 Concordatis. Verùm negatiua eſt vera, & tenenda; quia præſcriptio non datur vbi deeſt titulus, & bona fides cum poſſeſſione, Abb. in c. cum noſtris de conceſ. preben. ſed nec titulum, nec poſſeſſionem, nec bonam fidē habere poſſunt, qui Concordatis ſe opponunt, igitur allegata præſcriptio in fumum tranſit. Minor propoſitio eſt clara ex Decreto
5 irritante in textu ibi: *Et inſuper quoq; irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſciēter, vel ignoranter contigerit attentari: Nulli ergò omninò hominum, &c.*
6 Decretum autem irritans inficit titulum, & poſſeſſionem Caputaquen. deciſ. 15. par. 3. Flam. Pariſ. de Reſig. li. 6. q. 5.
7 nu. 57. Et Decretum irritans ligat ignorantes. idem Flam. lib. 5. q. 6. nu. 220. allegans ad hoc c. 1. de conceſſ. præben. & c. dudum, eo. tit. lib. 6. gloſ. Clemen. 1. dicto tit. de conceſ. præben. Card. Zabarel. in 6. eod. tit. Butr. conſ. 43. Gabriel
8 conſ. 3. Vnde loco citato dictus Flam. concludit Epiſcopū

debere

debere petere abſolutionem à ſuſpenſione etiamſi ignoran-
ter fecerit contra conſtitutionem Pij V. prohibẽtis,ne Epi-
ſcopi reſignata beneficia conferant ſuis vel reſignantium
conſanguineis,affinibus vel familiaribus. Quia ſola publi- 9
catio Romæ facta ſufficit,vt conſtitutiones ligent extra Cu-
riam. Ioan.Mon.in c.generali lib. 6. de Reg. iur. Sarnen. in
proœm.Reg.Canc.col.13. Et decretum irritãs afficit omnia,
quæ ſequuntur, vt nec iuris effectum, nec fomentum ha-
beant. Idem Pariſ.lib.11.q.7.nu.25. Caſſad.deciſ.1. nu.7.
de reſt.ſpol. adde, quæ ponimus infra q.4. Bonam verò fi- 10
dem in his excludit conſcientia mala. Omnium enim con-
ſcientiæ afficiuntur & conſtringuntur per conſtitutionem
Clementis VII. ſuprapoſitam. ibi. *Declaramus prætenſas
collationes,& alias diſpoſitiones contra tenorem Concordatorum
factas & faciendas nullum titulum, vel colorem tribuiſſe,aut in* 11
*futurum tribuere, &c. & eos nullo vnquam tempore beneficio
Regul.de annali & triennali poſſeſſore gaudere potuiſſe aut poſ-
ſe, &c.* Atq; ex his reſpondetur ad primum argumentum:
Ius conferendi beneficia in menſibus reſeruatis ad nullam
præſcriptionem deduci poſſe,ex quo ſic contra Concordata 12
conferentes,& collationem acceptantes omni titulo careãt;
& poſſeſsio infecta, non poſſeſſionis, ſed iniquæ vſurpatio-
nis, & veræ intruſionis nomen mereatur. Maior igitur
propoſitio eſt vera quando in ſubiectum caſum intrant re-
quiſita ad præſcriptionem. Hinc ſimiliter reſpondetur ad 13
ſecundum argumentum, illam maiorem tunc demum verã
eſſe quando ſubiecta materia compatitur & poteſt habere
ſubſtantialia præſcriptionis, vid. titulũ, poſſeſſionẽ, & bo-
nam fidem. Ad tertium reſpondemus nos credere illam 14
doctrinam Caſſadori multis aduocatis, iudicibus, & con-
feſſarijs errandi occaſionem dediſſe, & fortaſſis adhuc da-
re, verùm ſtante declaratoria Clementis VII. non poſſu-
mus aliud dicere,niſi quod Caſſadorus circa hoc ſit expreſ-
ſè reprobatus, & de cætero neutiquam ſequendus. Quia

authoritatem vnius Doctoris, mandato, & declarationi
15 Summi in Eccleſia Iudicis præferre, non poteſt eſſe, non
ſummum nephas. Sic apparet quod etſi authoritas Audi-
16 torum Rotæ ſit maxima, eos tamen importunitate aduoca-
torum errare poſſe. Verè enim conſtat erraſſe Caſſadorum
17 olim Auditorem extendendo Reg. de triennali ad prouiſos
contra Concordata, ex quo Clemens VII. declarauit tales
nullo tempore beneficio Regularum de annali & triennali
gaudere potuiſſe: Vbi nota, quod Pontifex loquatur per
verbum potuiſſe, de præterito; vt oſtenderetur illam con-
ſtitutionem merè eſſe declaratiuam Concordatorum.

QVÆSTIO III.

An Concordatis poſsit opponi exceptio de non recepta lege.

QVi omnes mouent cuniculos ad impediendas Apo-
ſtolicas prouiſiones, extollunt etiam hãc exceptio-
1 nem tali clamore: *Ordinarij ſemper huius generis beneficia
in quocunq; menſe cõtulerunt; quamobrem ſimilia Romæ im-
petrare fas non eſt, quia in hoc loco, vel in hoc genere beneficio-
rum Concordata non ſunt recepta; & lex non recepta non ob-
ligat: Doctores cum glos. in c. 1. de treuga, & pace. Petr. Gre-
gor. Syntag. Iur. li. 17. c. 17. nu. 30. Flam. de conf. q. 11. nu. 19.
& ſequent. vbi, quod abſq; metu incurſus pænæ poteſt legi non
2 receptæ contraueniri, per Bart. in l. vlt. §. ſed cum antiquitas
C. de Cur. furioſ. Gloſſa in capit. de libellis diſt. 20. vbi Eccleſia
3 Orientalis non recepit Canones de continentia clericorum, &
propter hoc non incidit in hæreſim, nec peccauit mortaliter c.
deniq; in fine diſt. 4. latè Aufre. in rep. c. 1. not. 10. de offic. Ord.
4 Rebuf. ſuper Concor. rub. de col. §. præfatiq; Ordinarij, dicens
quod Galli conſtitutiones Burſales Papæ non receperunt.*
5 Circa hoc punctum dico primò. Si repetamus acta ſupe-
riorum

riorum temporum antequam in miſera Germania ſic inualuit hæreſis impudici Luteri,& impij Caluini, & quod dolenter dico; apud quoſdam politicos catholicos Machiauelli doctrina ab impietate Caluini parum dictâs; & reuoluamus geſta ante nos in Vrbe exiſtentium clarorum ac nobilium Germanorum Curialium (quorum ſeriem in alium 6
libellum reſeruamus) clarè videbimus, non eſſe Eccleſiam in Germania, vbi non circa omnis generis beneficia impetrationes in Curia factę vigore Concordatorum executio- 7
nem habuerint; vt legem Concordatorum nõ receptam nemo iuſtè allegare poſſit. Secũdò dico, ex ipſis verbis Con- 8
cordatorum manifeſtè conſtare,tam ſęculares, quàm eccleſiaſticos Principes, & Prælatos Germaniæ laudaſſe, approbaſſe,& recepiſſe articulos Concordatorum.ibi. *Rationabilia,& vtilia,ordinationes, & ſtatuta à partibus ipſis hinc indè approbata,laudata, concluſa, ACCEPTATA & Concordata fecerunt ac ediderunt*. Quæ verba indubitatam omninò receptionem,& promulgationem huiuſmodi articulorum important. Ad obiecta reſpondetur negando hanc 9
legem non eſſe receptam. Secundò has exceptiones:Lex nõ recepta;Lex non in vſu, vtplurimùm arũdine reperiri debiliores,quod latiùs oſtendemus in ſequenti quæſt.Et illa doctrina Bartol. in l. ult.C.de Cur.fur.in foro eccleſiaſtico nõ eſt tuta,niſi apud Iudices reorum ſingulares amicos. Quod 10
de lege ſuper continentia clericorum Orientalis Eccleſiæ adfertur,reſpõdemus,in legibus illis Latinæ Eccleſiæ Oriẽtales cenſeri exceptos,vt qui ab antiquo ſuas habebant leges circa continentiam certo modo poſt obitum vxoris ſeruandam c. ſi quis, & ibi glos.22. diſt. Quæ orientalium leges à Pontificibus in Latina Eccleſia quoad ipſos orientales nunquam reprobatæ fuerunt. Vnde Stephanus Pontifex ſuper iſto caſu conſultus in c.aliter.diſt.21.ſic ait: Aliter ſe orientalium traditio habet Eccleſiarum, aliter huius S. Romanæ Eccleſiæ.Et in c.de libellis di. 20.Leo Papa ex- 11
preſsè

preſsè præcipit cauſas quaſcunq; determinandas eſſe iuxta canones, & decretales Pontificum poſtpoſitis aliorũ quantumcunq; Sanctorum Virorum libellis, & commentarijs.
12 Atq; hoc procedit etiamſi illæ decretales, & ordinationes Pontificiæ non reperiantur in corpore Iuris. Ita Nicolaus Papa in can. Si Romanorum. 19. diſtin. acriter reprehendit Epiſcopos Galliç, quod indifferenter vtantur decretis Pontificum, ſi illa decreta eorum ſeruiant intentioni, ſin minùs, ſcribere præſumant; talia Decreta non eſſe in corpore Codicis, & ideò inter Canones non aſſumenda. Ad c. Deniq; diſt. 4. frequenter in hac materia à DD. allegatũ, dicimus:
13 Indè nihil aliud probari quàm quod frequẽs vſus (qui non præſumitur, ſed in ſubiecta qualibet materia probandus eſt) contra legem, aliquam excuſationem inducat. Sed & textus ibi loquitur, per verbum, fortè, id eſt, talem excuſationem admittendam, ſi agatur de nuda exhortatione, non autem de præcepto ſuperioris. Rebuffo Gallo ſuam relinqui-
14 mus libertatem loquendi contra Burſales, vt vocat, Pontificum conſtitutiones: Interim Pontifex manet Rector Vniuerſalis Eccleſiæ, & adminiſtrator omnium bonorum Eccle-
15 ſiaſticorum non minùs in Gallia, & Germania, quàm Italia, & Hiſpania, iuxta illud; Papa eſt Dominus omnium c. poſtquam 1. q. 2. Et in beneficialibus habet dominium abſolutum, c. propoſuit de conceſ. præben. Id conſtat, quod Hen-
16 ricus IIII. abiurato Caluiniſmo rediens in gratiam S. Matris Eccleſiæ ſine difficultate ipſemet Rex per ſuũ Oratorem iurauit ſeruare tam Decreta S. Concilij Tridentini, quàm Concordata inter Gallos, & Leonem X. firmata.

QVAE-

QVÆSTIO IIII.

An exceptio de non vſu Concordatorum in iudicio locum habere poſsit.

EXceptio Lex non recepta, & exceptio; Lex non in vſu quaſi pari paſſu ambulant cum pleriſq; aduocatis,qui 1
deſp eratas habent cauſas: Pro quarum tamen defenſione adferunt illa generalia: Regulare eſt, quod Lex noua non acquirat vires, quoties ſucceſſiuè fiunt plures actus contra 2
eam, ſciente Conditore, vel eius ſucceſſore, & non contradicente; quia ſic non dicitur moribus vtentium recepta, & Superior videtur acquieſcere illi contrauentioni, ad not.in l.de quibus ff. de leg. Glos. in cap. 1.de treug.& pa.Nec ad 3
hoc requiritur conſuetudo præſcripta per 10. annos, ſed ſufficit ſimpliciter vſus contrarius, quia ſuperior videtur eam legem tacitè tollere,ex quo ſcit contrarium obſeruari, & patitur Aretin. conſ.11.col.pen. Rom.conſ.512. & plures quos congerit Flam.Paris.de Confid.q.11.nu.21.& ſequent. Circa hanc quæſt. notandum primò ad obligatio- 4
nem Legis Pontificiæ ſatis eſſe publicationem factam in Curia; ita vt conſtitutiones Romæ publicatæ ligent per totum mundum. Deciſ. Tole. 444. Imol. in proœmio Cle. Berous in c.cognoſcentes de conſt.nume.49.& 50.Menoch.de ar.Iud.cap.185.à nu.8.quia Conditori canonum, & Vicario 5
Creatoris ſubiecta eſt omnis creatura, & plenitudo poteſtatis Pontificiæ ſe extendit ad omnes homines ca. decreto 2. q.6.Pulcher, & notabilis textus in ca.Si decreta diſt.20. Vbi Nicolaus Papa ad clerum Conſtantinopolitanum ſic ſcribit: Si decreta Romanorum Pontificum non habetis de 6
neglectu, atq; incuria eſtis redarguendi, ſi verò habetis, & non obſeruatis de temeritate eſtis corripiendi,& increpandi. Ex quo procedit Granutium in libello Simonettæ de Reſer.q.99.plures allegando, multa incautè adducere, &

incer-

incertiſſima pro certis in hac materia præſupponere , dum
7 ait,primò Satis eſſe allegare legem in partibus non promul-
gatam , vt probandi onus in aduerſarium transferatur iux-
ta Dec. in l.omnes populi ff.de iuſti. & Iur. & certò certius
eſſe promulgationem Romæ factam non prodeſſe vt pro-
8 uincias arctet gloſ. in c. cognoſcentes, de conſti. Secundò
quod allegans extrauagantem teneatur probare illam eſſe
vſu receptam per Pute.deciſ.281. li. 1.Burſ. conſ. 55. Hæc
9 etenim omnia corruunt, primò ex firma doctrina DD. at-
teſtantium ſatis eſſe ad obligationem legis Pontificiæ pu-
blicationem in Curia factam: Secundò ex mox ſubſequenti
10 notabili. Tertiò quod non minus ponderis habere debent
perpetuæ conſtitutiones etiam extrauagantes,quàm Regu-
læ Cancellariæ , quæ vbiq; omnes ligant viuente Pontifice
11 earum latore. Et quis obſecrò dicet S. Iudicium Rotæ in-
finitas prouiſiones rectè irritaſſe tam vltra, quàm citra mō-
tes,propter Regulam de publicandis reſignationibus non
ſeruatam,& nunc idem fieri non poſſe per Conſtitutionem
Gregorij XIII. perpetuam,in locum dictæ regulę ſubroga-
12 tam,ac nullibi, quàm in Curia publicatam ? Secundum ve-
rò dictum Granutij,quod allegans extrauagantem teneatur
probare eius vſum, continet manifeſtam abſurditatem; vi-
delicet,quod nullus iudex poſſet pronunciare iuxta nouam
legem vbicunq; promulgatam. Nam cum primus allegans
non poſſet probare vſum , ſequeretur quod iudex tunc con-
13 tra legem pronunciare deberet; & conſequenter ſecundus ,
& tertius allegantes legem , non ſolùm non poſſent docere
vſum , ſed illis etiam ex priori Iudicio , non vſus , videretur
opponendus. Sic omnes leges Pontificiæ tranſirent in fu-
mum, donec veniret Pontifex vnus, qui leges extrauagan-
tes in corpus Iuris referret,leges dico forſan iam quaſi vbi-
que per non vſum,ex quorundam opinione,abrogatas. Se-
14 queretur item ante collectionem Decreti , & Decretalium
nullum Canonem vim legis habuiſſe, niſi per allegantes

probato vſu, contra id quod determinatur in Can. Si Ro-
manorum,19. diſt. cuius verba ſupra q. 3. poſuimus. Se- 15
queretur item iuxta Decreta S. Concilij Tridentini iudicē
non poſſe pronunciare, niſi conſtito priùs decreta eſſe in
qualibet particulari prouincia vſitata: Et ſic omnem abu-
ſum, & quamlibet corruptelam contra optimè conſtitutas
leges tollerandam. Hinc (proh dolor) ruina Eccleſiarū.
Id certum eſſe debet legem à Principe decretam debere 16
ſuum habere effectum, & cenſeri vſu receptam (ſi mouea-
tur quæſtio aliquot poſt conſtitutionem annis elapſis) do-
nec fuerit probatum fuiſſe ſublatam per contrarium vſum
(tacitè ſaltem à Legiſlatore probatum, vt mox infra) Go-
zadin. conſi.23.nu.9. Abb. conſi.53. lib.2. Socinus Iunior
conſi.32. nu.46. Nam lege conſtituta non de ipſa, ſed ſe-
cundùm ipſam iudicandum eſſe habemus ex D. Auguſtino
c.in iſtis diſt.4. Confirmatur noſtrum hoc notabile; quia 17
quoties Legiſlator vult lege non conſtringi ſubditos ab-
ſentes, niſi in eorum parochia fiat publicatio, tunc Legiſ-
lator hoc exprimit. Sic quando S. Concilio viſum fuit ir-
ritare clandeſtina matrimonia tunc primùm quando hoc
decretum ſpecialiter in parochia ſit promulgatum, in
ſpecie expreſsit legem hanc, ex ſpeciali cauſa, quæ mouit
S.Concilium, non obligare ſubditos, vſq; poſt ſpecialem
promulgationem. Seſſ.24.c.1. ergò à contrario ſenſu alia
decreta S. Concilij ligant, ſiue extra Romam promulgata
ſint, ſiue non. Secundò notand.non habere vllam proba- 18
bilitatem Pontificem tam maturo conſilio pro vtilitate
Reipub. Chriſtianæ, generalem legem promulgando, eius
obligationis vim velle eſſe dependentem ex factis ſubdito-
rum,vt ſi contra eam legem plures pluries agant, ob hoc
minùs firma cenſeri debeat: attento præſertim ſingulorum
Epiſcoporum iuramento, quo ſe aſtringunt ad recipiendas
conſtitutiones, decreta, & ordinationes Apoſtolicas.
Tertiò notand.quòd quantumcunq; Flam.de Confid.q.11. 19

nu. 18. vnà cum Petro Gregorio Syntag.iur.lib. 17. cap. 17.
nu. 30. contendant,per exceptionem de non vſu,excuſare
Gallos Bullę Pij V.de Confiden.contrauenientes,vſque ad
ſpeciale monitoriū Sixti V. eorum tñ rationes nihil conclu-
dunt, vt apparet tā ex argumētis hinc indè adductis, quàm
ex ipſa conſtitutione Sixti V. Nam omnia argumenta pro
ſuſtentāda huiuſmodi exceptione innituntur tacitæ volun-
tati Legislatoris,& requirunt talem non vſum,vt verè poſ-
ſit dici Legislatorem ex conniuentia ſuſtuliſſe obligationē
legis; quod profectò dici non poteſt, nec circa bullam Pij
V. ſuper Confidentia, ex quò Sixtus V. ſucceſſor egrè ferēs
Gallorum inobedientiam eos ſpecialiter ad obſeruantiam
20 Legis Pij V. adſtringere voluit: Nec circa Concordata
Germaniæ tale ſomnium adducere fas eſt, attēto quod hu-
iuſmodi non vſus (ſi alicubi prætendatur) non ſolùm nun-
quam à Pontifice tacitè, vel expreſsè probatus, ſed expreſ-
sè improbatus appareat, tum aliàs, tum per declarationem
Clementis VII. adeò claram, tùm in vltimis Ratiſponen.
comitijs, vbi Anno 94. Illuſtriſs. Card. MADRVTIVS S.
21 D. N. CLEMENTIS VIII. Legatus,omnes Prælatos
Germaniæ ad obſeruantiam Concordatorum, in articulis
propoſitis ardenti pioq; zelo admonuit, ex mente Sanctiſ-
ſimi increpando eos, qui prouiſiones Apoſtolicas iuxtà
Concordata per S. Sedem Apoſtolicam decretas excludere
præſumunt. Quartò notand. quòd Lex cum decreto irri-
22 tante annullat omnem actum ſubſequenter in contrarium
factum. Oldr.conſ. 319. Abb.in c.dilectus,nu. 14.& plures
quos congerit Flam. de Reſig. lib.4.q.9.nu.29. Quod ve-
rò Granutius ſupradicto loco nu. 20. affirmat: Decretum
23 irritans non ligare ignorantes, niſi facta promulgatione in
loco, per Put.d. deciſ. 281. lib. 1. Mandoſ. ad Rom. conſil.
330. nullum habet fundamentum, nec per ipſum, nec per
eos quos allegat vlla firma ratione probatur, eiusq; refuta-
24 tio ex præmiſsis ſatis liquet. Et ex illa Putei tam ſæpè
alle-

allegata deciſione 281. aliud rectè non conuincitur, niſi quod probabilis ignorantia extrauagantis non notæ excuſat à pęnis cenſurarum, & quod decretum afficiat ignorantes quoad annullationem actus, licet non quoad pęnam. Quod procedit, quando verè ex actis conſtat de probabili, id eſt, non reprehenſibili ignorantia. Nam ſcientia legum, & conſtitutionum regulariter præſumitur Flam. lib. 5. q. 6. 25
nu. 222. Et cum Epiſcopi vix vnquam poſsint prætendere probabilem, & ſatis excuſabilem ignorantiam Apoſtolicarum conſtitutionum Romæ promulgatarum, ſtante ſupradicto can. Si decreta. diſt. 20. ideò ſubſiſtit doctrina dicti Flam. ſupra q. 2. allegata. Nec ſcrupulum mouere de- 26
bet, quod idem Flam. lib. 8. q. 8. nu. 154. ait: Decretum irritans habere tacitam conditionem ſi recipiatur. Nam longè rectiùs dicitur omnes conſtitutiones Apoſtolicas habere mandatum, vt recipiantur; & ſi à quibuſdam non recipiantur; peccatũ inobedientiæ non tollere vim legis; niſi, ſciente, & tacitè ſaltem approbante Legislatore, tot contra legẽ actus appareant, vt eam abrogatam eſſe iuſtè credere poſſimus. Quare huic Flaminij dicto opponimus, quod ipſe paulò ſupra d. li. & q. nu. 133. ad quædam allegata reſpõdet: nihil referre ita allegari. Sufficit autem in eſſentia eſſe conſtitutionem, & habere vim legis: effectus enim magis attendi debet, quàm ſonus verborum, maximè particularium Doctorum. Grauet. conſ. 301. & 305. Et quamuis CLEMENS VIII. in ſua ſancta conſtitutione contra 27
munerum largitionem velit, & ſpecialiter ordinauerit (ad excludendas huiuſmodi exceptiones) vt dicta conſtitutio etiam vltra montes perindè habeatur, ac ſi cuiq; perſonaliter intimata, & ab vnoquoq; iurata fuiſſet: per hoc tamen non licet inferre, cõtra alias conſtitutiones Decreto irritante ſimpliciter munitas, indifferenter dari poſſe, de non recepta lege, vel non vſu.

Atq; hinc etiam ex his, coοncurrente euidentiſſima vtilita- 28

te,& neceſſitate Reip. Chriſtianæ ſacra Congregatio Illü-ſtriſſimorum Dominorum Cardinalium, pro interpretatione S.Concilij Tridentini deputatorum, ſæpiùs determinauit,non vſum allegari non poſſe, aduerſus Decreta dicti S. Concilij.Sic dicta S.Congregatio in certis Burgen.Paduan. Leodien.& Vercel.propoſitis quæſtionibus reſoluit, etiam immemorabilem conſuetudinem, non excuſare à reſidentia Canonicos,& dignitates obtinentes in Cathedralibus, & collegiatis inſignibus. Ex quo clarum eſt præpoſitos nō re-
29 ſidentes in nullo foro excuſari poſſe, etiamſi vocem in Capitulo non habeant, nec diſtributiones quotidianas cū cæteris accipiant;hiſq; non minùs ac alijs detrahenda eſt tertia pars fructuúm, & in diſtributiones quotidianas conuer-
30 tenda:Ita eadem Congregatio reſpondit in vna Aquitanē. Et in vna Rauenaten.declarauit, quod Ordinarius in collatione beneficiorum pro ſigillo nihil poſſit accipere, etiamſi ab immemorabili tempore fuerit obſeruatum,vt certū quid
31 recipiat. Sicut in alia Auien. quod examinatores etiā vigore conſuetudinis peracto examine nihil accipere poſſint
32 ab eo,cui collatum fuit beneficium. Nec immeritò S. Congregatio ad has deſcendit reſolutiones, ne nimirum etiam poſt S.Concilium tanto labore congregatū etiamnùm circa eius Decreta in Iure incerto, & dubio verſari videremur.
33 Facilè enim nimis eſt in qualibet ciuitate nedum prouincia contra quaſcunq; eccleſiaſticas leges inuenire actus contrarios.Quod ſi ex his indifferenter liceret dare de nòn vſu, non poſſet Iudex vllam Sententiam dirigere ad normam ſacrorum Canonum. Ego ab eo tempore,quo ante 20. annos
34 cępi guſtare ſtudium ſacrorum Canonum nihil vidi Reipu. magis pernicioſum, quàm contra ſacras leges pugnā, hiſce exceptionibus,Lex non recepta,Lex non in vſu, innixam.
35 Nec dubito,quin iſtis prætenſionibus magna Aduocatorū, Procuratorum, Iudicium minùs circumſpectè agentium, ac etiam Theologorum in excuſandis confitentium erroribus

contra

cōtra ius poſitiuū plus æquo propenſorum, magna inquam
caterua volet, & deſcendat ad eos vbi ſine lege eſt ſempi-
terna confuſio. Dum multi multa proponūt ad reſtauran- 36
dam apud Vltramontanos eccleſiaſticam diſciplinā, in eo-
rum condeſcendo ſententiam,qui arbitrantur validiſſimum
fore remedium, ſi Sanctiſſimo D. N. perſuadeatur matura
editio ſeptimi Decretalium cum valido Decreto,præcludē-
te ianuam forenſibus illis ad huiuſmodi exceptiones con-
fugiendi. Et quoniam ex Reuerendiſſimo, & doctiſſimo
Domino FLAMINIO Pariſio de Confid.q.vlt.nu.4. ha-
bemus Sanctitatem ſuam circa dicti libri editionem manda-
tum dediſſe Illuſtriſſimis, Reuerendiſſimis, doctrina, expe-
rientia, humanitate, authoritate ampliſſimis S. R. E. Car- 37
dinalibus DOMINICO PINELLO, HIERO-
NYMO MATTHAEIO,& ASCANIO CO-
LVMNAE optarem ſanè vnà mecum omnes Vltra-
montanos ad eorum pedes prouolutos videre, ſuplices exo-
rando,ne tam ſancti, & neceſſarij operis fructu diutiùs nos
priuatos eſſe patiantur. Speramus igitur propediem vide- 38
re in dicto libro,recentiores Apoſtolicas conſtitutiones op-
timè ordinatas,munitaſque tali decreto quale Sanctiſſimo
Pontifici noſtro apponere placuit, in illa ſua de Largitione
munerum ſanctiſſima lege. Cui libro ſeptimi Decretalium 39
ſi accedat alicuius Nuncij Apoſtolici (familiares habentis
manus ab omni munere excutientes) conſtans ad fęlicem
executionem,& indefeſſa (exemplo Reuerendiſſimi,& nun-
quam ſatis laudati EPISCOPI VERCELLEN-
SIS, in Colonienſi perturbatione fortis viri, & pij paren-
tis officium inſigniter præſtantis) induſtria, non cartha, &
calamo,ſed opere, & reipſa corrigendos abuſus extirpando
& Eccleſiarum ſtatuta reuidendo,his medijs omninò eccle-
ſiaſtica diſciplina etiam apud Germanos mox in meliori ap-
parebit forma.Fœlix tunc prædicabatur Hæbreorum Reſp. 40
dum leges optimè cuſtodirētur propter Oniæ Pontificis di-

ſpoſi-

ſpoſitionem ac pietatem ,& animos odio habentes mala.2.
41 Mach.c.3.Faxit itaq; benignus D E V S,vt ſub iſto Noſtro CLEMENTE pacifico, & in pace procuranda prorſus admirabili Pontifice etiam Germani liberentur per ſacras leges ab imminentis ruinæ periculo;illamq; reſumant ergà ſanctam Sedem obſeruantiam, quam maiores noſtri tot Imperatores,Reges,Principes,tanto ſtudio illuſtrarunt.

42 Proinde redeundo ad propoſitum noſtrum, præmiſſorum intuitu plus ſatis manifeſtum euadit, quod minimè conueniat Germanorum integritati opponere non vſum ſuis Cõcordatis; quæ non ſolùm non minùs firmum habent decretum, quàm aliæ ordinationes Apoſtolicæ,ſed etiã in §. quotiens &c. ſpecialiter prouiſum exiſtit, quod hæc obſeruantia Concordatorum omninò durare debeat, donec de conſenſu Nationis in Concilio aliud ordinatum fuerit; Verba dicti §. ſunt clara,ibi: *à Calendis Iunij proximè futuri ipſa (Ordinatio) currere incipiet,& durabit deinceps, niſi in futuro Concilio de conſenſu dictæ Nationis aliter fuerit ordinatum*. Et in §. taxæ autem. *Duretque hæc obſeruantia deinceps, niſi eam ſimiliter in futaro Cõcilio de ipſius Nationis conſenſu contingat immutari.*

43 Quintò principaliter notandum,quod Epiſcopi, Prælati, & Ordinarij contra Concordata allegantes non vſum, verè incidunt in Scyllam,volentes fugere Charybtim. Vbi enim exeunt CONCORDATA, ibi intrant Reſeruationes Regularum Cancelllariæ: quæ reſeruationes cum ſint ampliores, & Ordinarijs duriores, non expedit nobis, vt à Cõcordatis recedẽtes aliũ ingrediamur labyrinthũ. Id nãq; pro indubitato habemus,reſeruationibus Regularum Cancellariæ quas quilibet Pontifex in ſignum ſupremæ poteſtatis,in principio Pontificatus mandato ſuo firmat, nihil opponi poſſe,niſi ſpecialia Nationum Concordata. Sarnen. in procem. Reg.

44 Firma itaque ex his manet Conclaſio, Contra Concor-

data non poſſe opponi exceptionem de non vſu.

Ad argumentum in contrarium negatur Pontifices acquieſcere huic contrauentioni. Quacunque etenim occaſione data, Pontifices ſemper declararunt, & Rota ſæpiùs iudicauit omnes, & quaſcunque prouiſiones contra Concordata ab Ordinarijs attentatas fuiſſe nullas, & irritas; vti manifestè patet tum ex ſupradictis, tum ex infraſcriptis deciſionibus, tum maximè ex bulla illa Clementis VII. ſuprapoſita. 45

QVÆSTIO V.

An accipientes, & retinẽtes beneficia ab Ordinarijs collata, contra tenorem Concordatorum, ſint ſecuri, poſſintq; excuſari in foro Conſcientiæ.

PRo excuſatione huiuſmodi prouiſorum facere videtur 1
cum primis doctrina Flam. Pariſij de Confid. q. 14. nu. 34. ſit loquentis: *Et hìc non omittam, quod forum conſcientiæ ligat, & validat actum, in quo eſt prætermiſſa forma tradita, vel non ſeruata, dumodo dolus non interuenerit: Inno. in capit. Quia propter, de Elect. Ioan. Andr. & Abb. in c. is qui, de ſponſal. Abb. in c. 1. de conſtit. Vbi Felin. & Decius, nu. 28. 29. Gemini. in c. 1. per illum textum, de ſponſal. in 6. Anchar. in c. beneficium, q. 7. de Reg. Iur. Iaſon. in l. ſi non ſortem nu. 4. ff. de cond. indeb. Gig. de pẽſ. q. 34 nu. 9. Quod nota pro eo, qui nõ pu-* 2
blicauit reſignationem iuxta, Gregorianam, non emiſit profeſſionem fidei, non fuit approbatus ab examinatoribus electis in Synodo Diœceſana; habuit beneficium per electionem nõ ſeruata forma tradita à Iure, vel per præſentationem patroni 3
elapſo tempore, aut per collationem non habentis facultatem; vel habentis, & non valentis conferre propter excommunicationem, ſuſpenſionem aut aliam cauſam. Nam iſti omnes uidentur tuti in foro conſcientiæ, Abb. in cap. 1. de in integrum

reſt.

reſt. ad finem, Anchar.reg.1.de Reg.Iur.quæſt.7. col.34.Tiraquel.in tract.de Leg. *conu. gloſſ. 2. numer.20.Boer.deciſ.1. nume.15.cum alijs allegatis per Couar. in capit.cum eſſet,nu. 5.de Teſta. & in Reg.peccatum* §.3.*nu.9.Dominicus Soto li. 4.de Iuſt.& Iur.q.8.arti.3.& plura exempla huius notabilis concluſionis affert Niconit.in capitu.quoniam contra, par.1.*
4 *nu.682.de probat.*

Secundò pro affirmatiua facit,quod inter multos Germa-
5 nos contra Concordata malè prouiſos, pauci nimis, veniãt ad Vrbem pro noua prouiſione, & reformanda collatione, & tamen ad minùs omni anno ſemel confitentur: hos omnes confitentes vnà cum Confeſſarijs peccati accuſare nimis durum apparet: vt in ſimili loquitur Nauar.in Man.capitu. 27.nume.35.

Tertiò dictæ affirmatiuæ ſuffragatur, quod tranſgrediens
6 legem humanam ex cauſa iuſta,vel quæ ſibi iuſta videtur ſine dolo,non peccat ſaltèm mortaliter; at iuſtam cauſam videntur babere Germani, præſertim pauperes, effugiendi expeditiones per Curiam, attentis magnis ſumptibus,qui requiruntur, & attenta Officialium Cancellariæ nonunquam parua diſcretione, qua & ipſi contrauenientes Legi Concordatorum,pro pauperibus nolũt relaxare bullas ſine præſenti ſolutione annatarum,etiam oblata,& data cautione de facienda ſolutione adepta poſſeſſione; cum tamen dicta Concordata expreſsè ſtatuant terminum duorum annorum in Cõſiſtorialiabus,& vnius anni in alijs beneficijs poſt adeptam poſſeſſionem,ad huiuſmodi ſolutionem, prout textus eſt clarus in §.taxæ,& §.de cæteris.&c. Ex quo ergò Officiales Curiæ non manent intra limites Concordatorũ, Germa-
7 nis adeò vitio verti non debet,quod & ipſi eadem Concordata tranſgrediantur.

Quartò facit, quod Caſſador. ſuper Reg. Canc.deciſ.11.
8 ait,malam fidem cauſatam ex errore Iuris non nocere quoad fructuum acquiſitionem.

His tamen non obſtantibus negatiuam huius quæſtionis 9
oſtendit Bulla Clementis VII. nimis claris verbis, ibi: *Et fructus nullo vnquàm tempore ſuos facere, ſed ad illorum reſtitutionem in vtroq; foro efficaciter obligatos eſſe.* Et ſic 10
fruſtra dubitamus habentes verba expreſſa Principis. l. Ancillæ. C. de furt. Accedunt etiam neruoſæ rationes, ex quibus vna eſt, quod ipſo iure priuati etiã in foro conſcientiæ tenentur dimittere beneficium. Abb. in c. extirpandæ. §. vero col. 8. de præben. Felin. in cap. 1. col. 13 de conſt. Ruin. conſi. 4. nu. 11. lib. 5. cõmunis opinio teſte Alphonſo Hoied. de incomp. benef. p. 1. c. 13. nu. 61. Et ſi de facto detinent,
tenentur ad reſtitutionem fructuum perceptorum in foro 11
poli, vt eſt communis opinio, quæ patet ex adductis per Tiraquellũ in l. ſi vnquã, nu. 291. & 292. C de reuoc. dona. Ita loquitur cum prædictis Flamin. Pariſ. de Reſig. lib. 3. q. 1. nu. 58. Et ratio eſt, quia quoties beneficium amittitur ipſo iure, nullum ius remanet beneficiato. Pariſ. d. lib. 3. q. 1. nu. 22. Igitur multò magis ad dimittendum & reſtituendum erunt obligati, qui à principio, iure Concordatorum reſiſtente, nullum habuerunt titulum, Nec per lapſum tempo- 12
ris intruſio purgari, vel titulus acquiri poteſt, quia ſunt verè intruſi, quos non iuuat longa detentio, c. dilecto, de preben. textus clarus in noſtro caſu in dicta Bulla Clemen. VII. ibi: *Sed & illos pro malæ fidei poſſeſſoribus, ac merè intruſis ab omnibus haberi, & cenſeri.*

Ad primum pro affirmatiua factum argumentum, reſpon- 13
detur, doctrinam illam non eſſe extendendam, ſed omninò reſtringendam ad forum conſcientiæ purum, hoc eſt, quando defectus formæ, vel tituli, eſt ita ocultus, quod probabiliter nemo alius cogitationem de eo defectu habebit, & ex petitione nouæ prouiſionis, vel dimiſſione beneficii, prouiſus pateretur magnum damnum ſtatus, vel famæ. His duobus concurrentibus titulum aliàs de iure nullum in foro cõſcientiæ ſuſtineri, rectè ex mente allegatorum Doctorum aſ-

ſerimus. Ex quo infertur primò: quando defectus tituli
14 eſt notorius (vt ſi notoriè conſtet reſignationem non fuiſ-
ſe publicatam; vel prouiſionem fuiſſe factam contra Con-
cordata, vel beneficiatum eſſe priuatum ob non delationem
habitus poſt conſtitutionem Sixti V.) vel famoſus fama
procedente ex vno teſte verè ſciẽte defectum, vel deductus
in iudicium, & ſemiplenè probatus, tunc prouiſum minimè
eſſe tutum inſiſtendo poſſeſsioni, quia vltra iniuſtitiæ actũ,
etiam actiuum præbet ſcandalum proximis videntibus talẽ
prouiſum detinere rem de iure ad ſe non pertinentem. cap.
ſi res aliena.14.q.6. Nam vno peccante, cæterorum corda
infirmorum percutiuntur, c.ſi mala, 2.q.5.

15 Secundò infertur Epiſcopos, & Prælatos conferentes be-
neficia ante lapſum trium menſium, vel poſt, cognita iam
manus Pontificis appoſitione, vel quocũq; tempore primas
dignitates, nunquam excuſari à peccato mortali, quia fa-
ciunt actum iniuſtitiæ, & vtuntur iuriſdictione aliena (quod
eſt peccatum mortale) palàm, & publicè, quandoquidem
omnes huiuſmodi collationes fieri ſolẽt publicè coram No-
tarijs, & teſtibus.

16 Tertiò infertur Decanos, quibus Ordinarij, vel Vicarij
mandant taliter malè prouiſis dare poſſeſſionem, non poſſe
ſine peccato mortali huiuſmodi mandatis obedire, ne fiant
contrà iura Sedis Apoſtolicæ iniuſti executores iniquorum
Decretorum. Bart.in l.iuſta.ff.de acq. poſſ. quia inferior le-
gem, vel decretum ſuperioris tollere, vel minuere non po-
teſt. Clem.ne Romani.de elect.

17 Cum enim illis nota ſint, vel eſſe debeant Iura Concor-
datorum, & ex tempore in literis expreſſo obtentæ ordina-
riæ prouiſionis manifeſtum euadat, an in menſe reſeruato,
& ſic nulliter, ſit facta prouiſio, conſequenter non poteſt il-
los latere taliter prouiſorum iniuſtitia. Nec licet dicere
18 forſan Epiſcopus habet ſpeciale indultum à S. Sede Apo-
ſtolica: Nam hoc caſu in literis prouiſionis debet fieri men-

tio

tio indulti ad effugiendum peccatum ſcandali.

Quartò infertur ipſos prouiſos ab Ordinarijs cõtra Con- 19
cordata vix vnquam in foro conſcientiæ poſſe reddi excu-
ſabiles, propter iam dictas rationes, quod iura Concorda-
torum ſint notiſsima, & ſemper collatio fiat publicè coram
Notario. &c.

Vnde ad ſecundum argumentum reſpondeo Cõfitentes, 20
& Confeſſarios illos eſſe in periculoſo ſtatu. Ego in his, &
omnibus me ſubmittens cenſuræ S. Matris Romanæ Eccle-
ſiæ huiuſmodi Confitentibus, & Cõfeſſarijs propono has
concluſiones.

Prima concluſio. *Quotieſcunq; ex Decreto, ſeu alia de-
claratione conſtat, Legiſlatoris eſſe voluntatem ne contra legẽ* 21
*canonicam detur de non vſu, vel non recepta lege (Prout de
Concordatis & Decretis S. Concilij ſupra oſtendimus) confeſ-
ſarij ſunt obligati, non abſoluere, ſed ligare confitentes, donec
proponant legi parere. Et idem dicendum quocunque modo
apparuerit in propoſito caſu dictas exceptiones eſſe friuolas,
aut ſine euidenti rationis fundamento.*

Secunda concluſio. *Quoties delictum contra legem ca-
nonicam induxit priuationem beneficij ipſo iure, pœnitens nõ* 22
*poteſt abſolui, ſine propoſito dimittendi beneficium, vel pro-
pediem impetrãdi à Sede Apoſtolica nouam prouiſionem: quæ
tamen in nullo foro ſuffragatur ſi alius certo modo impetrare
præuenerit, multominus excuſandus erit expediendo contra
collitigantem, gratiam, vt vocant, ſi neutri, ſi ſciat, vel ſcire
debeat, alium verè habuiſſe prius, & habere, ius in re, vel ad* 23
*rem quæſitum, quod Pontifex per nullam ſubſequentem ſi-
gnaturam tollere cenſetur. iuxta Reg. de iure quæſito nõ tol-
lendo, & c. quamuis, de Reſcrip. in 6.*

Tertia concluſio: *Quoties lex inducit ipſo iure, vel man-* 24
*datum Iudicis ipſo facto cenſuram eccleſiaſticam, contraue-
niens in foro conſcientiæ non poteſt abſolui, ſine propoſito pe-
tendi etiam abſolutionem in foro externo, ſi factum ſit noto-*

 rium,

rium, vel famoſum, vel in iudicio ſemiplenè probatum, vel
25 *aliàs aliqui præſumunt, vel præſumere poſſunt ex facto locũ*
eſſe cenſuræ. Quia hoc caſu ſcandalum in foro externo da-
26 tum, in foro poli non deletur, niſi adſit voluntas etiam in
foro externo ſatisfaciendi mandato Eccleſiæ; Et ſemel ex-
communicatus, in foro externo, ſemper pro tali eſt haben-
dus, donec in eodem foro obtenta fuerit abſolutio.
27 Sed circa hæc occurrit notabile dubium; quid ſentiẽdũ
de ijs, qui verè dicunt ex ignorantia Legis ſe peccaſſe. Vi-
detur dicendum illos vbiq; tutos, ſtante doctrina Putei, lib.
1. deciſ. 281. aſſerentis, licet decretum afficiat ignorantes
quoad annullationem actorum, non tamen quoad pœnam.
Et Nauar. ab excommũnicatione excuſat eum, qui ex igno-
rantia, non ſupina, vel craſſa, agit cõtra legem etiam Papa-
lem. In Man. ca. 27. nu. 16. In contrarium verò eſt illud Flam.
28 Pariſ. lib. 11. q. 4. Quod Ignorantia non excuſet, vbi eſt ap-
poſitum decretum irritans, Barb. in Clem. 1. nu. 25. de elect.
Huius dubij reſolutio iuſtum, & amplum tractatum requi-
29 reret; Nunc breuiter verum arbitramur, talem à cenſuris in
foro conſcientiæ excuſari; non tamen à peccato ſcandali, ſi
factum alijs ſit notum, quoaduſque pœnitens oſtenderit
ſcientibus actum, cauſas ignorantiæ probabiles. Sic Puteus
30 loco citato loquitur de probabili ignorantia extrauagantis
non notæ; quod illo caſu admittenda ſit exceptio ignoran-
tiæ; non autem quando ſumus in caſu legis notæ, præſertim
ſi Ius facto expreſsè reſiſtit; prout in caſu Concordatorum
31 in vtroque foro reſiſtit declaratio Clementis VII. Quare
tutiſſimum ſemper erit, huiuſmodi pœnitenti perſuadere,
vt cauſas ſuæ ignorantiæ etiam in foro externo deducat,
& pro noua prouiſione in materijs beneficialibus apud S.
Sedem Apoſtolicam, inſtanter agat, antequam alius certo
modo præcurrat.
32 Ex his infertur, quod beneficiatus (ſiue fructus percipiat
ſiue non) veniens ad Confeſſarium in habitu laicali, vel
con-

confitens ſe non geſtaſſe habitum clericalem, non poſſit abſolui, niſi oſtendat voluntatem ad dimittendum beneficium, vel mox reſumendum habitum, & petendam in foro fori nouam prouiſionem. Quia talis eſt ipſo iure priuatus ex conſtitutione Sixti V. cum Decreto validiſſimo: Et cum 33
omnia ſint notoria, videlicet beneficij detentio, habitum deferendi negligentia, & ipſius conſtitutionis vigor, nullam in vllo foro poteſt prætendere excuſationem.

Secundò infertur, Confeſſarium cui conſtat ex facto, vel confeſſione confitentis, pęnitentem poſt ſacrum Concilium 34
Tridentinum duos, vel plures Canonicatus obtentos detinere ſine diſpenſatione Apoſtolica, non poſſe impartiri abſolutionem, niſi pęnitens proponat talia beneficia dimittere, 35
vel nouam prouiſionem, & diſpenſationem quærere; ſtãte interpretatione S. Congregationis, decretum dicti S. Concilij Seſſ. 7. c. 4. extendentis, ad acceptãtem duos Canonicatus: vt dicta S. Congregatio reſoluit in vna Leodien. & & in vna Tyraconen. quod pariter procedit, ſi quis Canoni- 36
catum cum vna Parochiali, vel alia dignitate ſine diſpenſatione habeat, vt eadem S. Congregatio declarauit in vna Aſſiſien. & vna Nouarien. & iterum in Vna Neapolitan. & vna Brixien.

Tertiò infertur Iudicem inferiorem, cui à Superiore facta 37
eſt Inhibitio ſub cenſuris, ſi procedat ad vlterius grauamen, non poſſe abſolui à Confeſſario, niſi proponat in foro externo, legittimo & non cauilloſo proceſſu, iuſtificare factum, vel in eodem foro externo petere abſolutionem, & ſatisfacere parti læſæ.

Ad tertium argumentum, pro negatiua propoſitũ, reſpõ- 38
demus ad maiorem propoſitionem, illam non procedere caſu quo læditur Ius tertij, & quando contraueniens legi ſcit, vel ſcire debet Legiſlatorem, vel ſuperiorem illam cauſam non habere pro ſufficienti, & probabili. In noſtro autẽ propoſito conſtat de voluntate ſuperioris per conſtitutionem

Cle-

Clementis VII. conſtat item contrauenientes Concordatis lædere,& iuriſdictionem Sedis Apoſtolicæ,& ius Annati-
39 ſtis quæſitum ad exigēdam Annatam in beneficijs,quæ Annatam important. Ad aſſumptum dicimus indiſcretos quoſdam actus Annatiſtarum non poſſe præiudicare Concorda-
40 tis, ex quorum manutentione dependet tantæ Nationis erga S. Sedem obſeruantia , ſine qua Eccleſiarum ſtatus, nec fœlix , nec diuturnus eſſe poteſt . Et circa difficulta-
41 tem propoſitam,prouiſi habent viam recurrēdi, vel ad eiuſmodi officialium Iudicem Ordinarium Illuſtriſſimum Cardinalem Camerarium,qui informatus facilè iuxta Concordata decernet mandatum,vel ad S. D. N. qui non difficulter pro pauperibus benemeritis prouiſis concedet expeditionem per viam ſecreti : Quanquam has vias ſollicitatores non libenter ingrediantur, quod non ſine labore tranſeant. Vndè valdè optandum foret, videre potentem aliquem in Curia pauperum Germanorum patronum,& amatorem,qui
42 à S. D. N. generale mandatum obtineret contra Annatiſtas, vt maiori diſcretione vterentur,in admittendis obligationibus de futura ſolutione,iuxta CONCORDATA, ſaltem in cauſis pauperum. Id quod excellentiſſimus Dominus Dominus RAIMVNDVS Comes de Turre. &c.
43 S. CAES. MAIES. nunc in Vrbe Orator, ad promouendas omniū Germanorum cauſas prōptiſſimus, aliquando præſtare dignabitur. Certus ſum,quod ſic longè plures Germani pro gratia prouiſionum venirent ad S. Sedem;ipſiq; Annatiſtæ indè ſentirent longè maius commodum. Cum ego ante aliquot annos ſimile mandatum in caſu ſpeciali ab Illuſtriſſimo Cardinale Caietano S. R. E. Camerario obtinuiſſem, Subcollector Annatiſtarum fecit illud retineri,confugiendo ad illam exceptionem,de non vſu,cū ſuo,
44 & meo damno : nam nec ille habuit Annatam, & ego diſcedens gratiam reliqui pro deſerta : quanquam iam contra dictum Subcollectorem cauſam direxeram, vt dubium proponeretur

poneretur in Rota, ſed me tunc diſcedente nihil vlteriùs
actum fuit.

Ad quartum argumentum repetimus reſponſum ſuprà 45
q.2.datum,videlicet deciſionẽ Caſſadori in eo reprobatam
eſſe per Clementis VII. declarationem;& verè obſtat do-
ctrina Bartoli in l.ſed &ſi leges,§.ſcire ff.de petit.hæredita.
& Abb.in cap.ad noſtram,de reb.Eccl.nõ alie. quia Ius Cle-
mentis VII. expreſsè reſiſtit huiuſmodi acquiſitioni fru-
ctuum in vtroq; foro. Caſſadorus autẽ excuſari poteſt, cum
ſuo tempore iſta Iuris reſiſtentia ahuc eſſet controuerſa, &
nulla lege certa declarata.

QVÆSTIO VI.

Quæ ſit differentia inter reſeruationes Concordatorum & reſeruationes inductas per Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ.

VTilis eſt hæc quæſtio, tum ad cognoſcendũ quid vti- 1
litatis Concordata Germanis præſtent,tũ ad viden-
dùm,quæ ſit Sanctæ Sedis erga Germanos benignitas.

Prima, & principalis differentia hæc eſt, quod vigore 2
Regularum Cancellariæ,Eccleſiæ Cathedrales,& monaſte-
ria ſint ſimpliciter reſeruata Pontifici:In Concordatis autẽ
ſi extra Curiam contingat vacare Epiſcopatum, vel Mona-
ſterium, & Prælatus demortuus non fuerit Cardinalis, vel
officialis Curiæ, Electio canonica permittitur fieri in parti-
bus, iuxta Concordata, ibi. *Item placet nobis, quod in me-* 3
tropolitanis,&c. Vbi interim notandum,Pontificem non
ſic electione eſſe ligatum, quin ex euidenti cauſa, poſtpo-
ſito electo,Eccleſię de alio Pręlato poſſit prouidere.Id quod 4
& ratio pontificiæ poteſtatis ſuadet,& ipſamet Concorda-
torum verba declarant, ibi. *niſi ex rationabili, & euidenti*

cau-

cauſa, ac de dictorum fratrum [Cardinalium] *conſilio de di-*
gniori & vtiliori perſona duxerimus prouidendum. Dixi,
extra Curiam, quia ſi Epiſcopus Germanus moreretur in
5 Curia vtiq; Pontifex prouideret vigore conſtitutionis Ad
Regimẽ. Et multò magis, ſi in Curia moriatur aliquis Præ-
6 poſitus etiamſi Præpoſitura aliàs ſit electiua. Sic nuper
7 mortuo in Vrbe Reuerendiſſimo D. Franciſco Orano cau-
ſarum S. Palatij Auditore doctiſſimo, ac proinde per eius
8 obitum vacantibus tribus Præpoſituris diocœſ. Leodien. nõ
obſtante quod illæ aliàs etiam per ſpecialem Concordiam
cum Sede Apoſtolica eſſent electiuæ, S. D. N. vti vacantes
in Curia, æquiſſima iuſtitiæ diſtributiuæ lance eas diſtribuit,
conferendo vnam Amanien. Reuerendiſſimo D. Lamberto
VRSO Literarum Apoſtolicarum Abbreuiatori de maiori
9 præſidentia, & hoc Anno S. Hoſpitalis Germanorum S.
Mariæ de Anima Prouiſori meritiſſimo: Alteram verò Tun-
gren. admodum Reuerendo & integerrimo Græcarum lite-
rarum interpreti D. Gerhardo Voſſio S. Theol. Doctori, cu-
ius induſtria, & magno multorum annorum labore Eccleſia
Romana nuper, in Romana, id eſt, Latina lingua, accepit
completum opus S. Patris Ephrem Orientalis Eccleſiæ Do-
10 ctoris antiquiſſimi: Et tertiam Maſecken. pariter Reueren-
do, & in propaganda Religione Catholica apud Germanos
laborioſiſſimo D. Doctori Ioanni Piſtorio, &c. Dixi, &
11 Prælatus non fuerit Cardinalis: Quia hoc caſu, niſi Capi-
tula ſibi prouideant de ſpeciali indulto, non poſſunt validè
eligere. Quod anno ſuperiori comprobauit exemplum Ra-
tiſponẽſe. Nam mortuo Sereniſſ. PHILIPPO Bauariæ Du-
ce, doctrina & prudentia admirabili Cardinale, cum Reue-
rẽdum Capitulum elegiſſet Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſ.
12 D. D. SIGISMVNDVM Fridericum FVGGERVM
tunc Decanum Patauien. paulò ante à S. Sede Apoſtolica
de Præpoſitura Ratiſponen. prouiſum, Electio Ferariæ in
Conſiſtorio fuit caſſata; ſed propter merita perſonæ, quan-

tumuis

tumuis nulliter electæ, placuit Sanctiſſimo D. N. eidem de dicta Eccleſia prouidere. Sic iuſta, & ſancta prouiſione factus primus Epiſcopus, & Princeps S. Romani Imperij, vnus ex Illuſtri illa, & vniuerſo Orbi nota FVGGERORVM familia, in ea Eccleſia, vbi ex eadē familia priori ſęculo extiterūt ampliſſimi Præpoſiti, duo MARCVS & MARCVS 13
Fuggeri, ſepulti Romæ in Eccleſia S. MARIAE de anima Germanorum hoſpitali, ad altare S. MARCI, marmoreis monumentis, quorum prioris hæc eſt Inſcriptio.

HIC IACET VENERABILIS DOMINVS 14
MARCVS FVGGER DE AVGVSTA, CANONICVS AVGVSTEN. BEATAE MARIAE RATISPONEN. ET S. IOANNIS, FRISINGEN. ECCLESIARVM PRAEPOSITVS, DECRETORVM LICENTIATVS MAGISTER REGISTRI SVPPLICATIONVM, SCRIPTOR, ET HVIVS HOSPITALIS PROVISOR, QVI AETATIS SVAE XXX. ANNORVM. XXIIII. DIERVM, OBIIT DIE XIX. APRIL. ANNO SALVTIS M. CCCC.LXXVIII.

Alterius verò monumenti hæc non minus honorifica, 15
quàm notabilis eſt memoria.

HIC IACET R. D. MARCVS FVGGER AVGVSTEN. PROTHONOT. AC SCRIPTOR APOSTOLICVS, IVRIS DIVINI LICENTIATVS, RATISPONEN. S. GERMANI ET MAVRITII SPIREN. S. IOANNIS NOVIMONASTERII HERBIPOLEN. S. STEPHANI BAMBERGEN. S. PETRI IN PERLACO AVGVSTEN. ECCLESIARVM PRAEPOSITVS, ET S. SEPVLCRI DOMINICI LIGNICEN. VRATISLAVIEN. DIOECES. ARCHIDIAC. QVI VIXIT AN-

NOS XXVIII. DIES XXI. OBIIT XXVII. OCTOB. M. D. XI.

16 Ecce quales olim fuerint Germani Curiales. Tales virtuoſi & patriam, & mundum illuſtrabant, iuxta auth. habita C. ne, fil. pro pat. Et virtus illorum merebatur, ex Apoſtolica diſpenſatione (quæ tamen, nunc rectè difficilius conceditur) tot præpoſiturarum, & dignitatum eſſe poſſeſſores.

17 Secunda differentia notabilis inter Concordatorum, & Regularum Cancellariæ reſeruationes, eſt: quod ex Regulis Cancellariæ, beneficia vacantia in menſibus reſeruatis perpetuò manent affecta, nec de illis alius, quàm Pontifex vllo tempore manus apponere poteſt: per Concordata autem Sedes Apoſtolica tam eſt benigna, quod etiam contra Ius cõmune cap. per veſtras. extra. de ſupple. negl. Prælat. patiatur deuolutionem fieri de Supremo ad Inferiorem: ita videlicet, vt ſi intra tres menſes nõ apparuerit de prouiſione Apoſtolica, Ordinarius ad collationem procedere valeat, per textum in §. Quotiens: *Quotiens verò aliquo vacante beneficio in Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septemb. & Nouemb. &c. non apparuerit intra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo Apoſtolica authoritate prouiſum fuerit, ex tunc, & non antea, Ordinarius, vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo liberè diſponere poterit.*

18 Sed, & hic notabiliter obſeruandum erit, per hoc concurrentiam non excludi. Vnde ſi caſus eueniret, quod Pontifex, ſiue poſt tres menſes in iam dictis mẽſibus, ſiue in ipſis menſibus Ordinariorum conferret beneficium, & collationis dies eſſet prior collatione Ordinarij, nõ eſt dubium, quin à Pontifice prouiſus, prouiſum ab Ordinario rectè excludat. Papa enim cum omnibus Ordinarijs concurrit, vt patet ex Reſponſo Mandoſij infra notab. 1.

QVAE-

QVÆSTIO VII.

An in mēſibus reſeruatis, Decanatus & ſimilia beneficia aliàs electiua, vacantia extra Curiam, ſint affecta & de Pontificis collatione?

HAEc quæſtio quoniam ſatis fuit ventilata per deciſionem in Rota, proponente R. P. D Bubalo, in caſu præpoſituræ Paderbornē. & cōcluſum pro affirmatiua, quod videlicet Pontifex talia, etiam Electiua inferiora beneficia conferre habeat, ideò eidem inſiſtentes, hoc ſolùm addimus cum Illuſtriſſimo Cardinale Simonetta in tract. de Reſer. q. 39. quod qui procedūt ad electiones non obſtantibus reſeruationibus ſunt in latiſſima culpa, & non ſine dolo, dum rei ad alium pertinenti ſe immiſcent. l. quærebatur C. Vnde vi, Quod eſt notādum contra Capitula, quæ eligunt Decanū in Epiſcopum, & ab eo poſt electionē recipiunt renūciationem Decanatus, & eligunt alium Decanum. Nam reuera electio talis Decani eſt nulla, & Decanatus manet Pontifici reſeruatus, & poſſeſſio talis Decani dicitur vitioſa. AEgid. deciſ. 498. cum infra tempus electionis, & confirmationis, confirmandus reſignare minimè poſsit, tum per claram Reg. Cancell. infra not. quarto poſitam, tum ex verbis conſtitutionis ad Regimen, Concordatis incorporatæ, ut ſupra in text. ibi. *Rurſus Monaſteria.* &c. *Decanatus.* &c. *etiāſi ad illa perſonæ conſueuerint per electionem aſſumi, quæ promoti per nos, ſeu authoritate noſtra & obtinebant tempore promotionum.* Sed de hoc puncto latiùs infra q. 9.

QVÆSTIO VIII.

An Pontifex valeat derogare Concordatis.

IN hac quæſtione non eſt multùm laborandum, qui enim agnoſcit Pontificem eſſe Summum Chriſti Vicarium,
1 & iure diuino habere diſpenſationem, & pleniſsimam adminiſtrationem omnium bonorum, ad quaſcunque Eccleſias pertinentium, c. proponit, de con. præb. Clem. 1. vt lit. pend. Bald. in l. Reſcripta. C. de pre. Imp. offer. is non dubitabit Sanctitatem ſuam, ex plenitudine poteſtatis, poſſe in totum, vel pro parte, tollere Concordata. Nam dum Concordata dicuntur habere vim contractus, ex Puteo, deciſ. 47. intelli-
2 gendum eſt ex parte Germanorum, quod videlicet illi non ſolùm ex iure diuino vti Chriſtiani ſint obligati ad parendum Romano Pontifici circa reſeruationes, ſed etiam ex ſpeciali Concordia, quaſi in vim contractæ pacificationis inita, vt in omni iudicio Germani Sedi Apoſtolicæ rebelles minùs forent excuſabiles, ſi obedientiæ ſuaui iugo ex-
3 cuſſo etiam pacta firmata violare præſumerent: Ex parte autem Pontificis, Cōcordata in fauorem Germanorum admiſſa, continent meram gratiam, quæ in libera Pontificis remanet facultate, iuxta illud: *quicquid ligaueris ſuper terram, &c. Matth. c. 16.* Et facultatem iure diuino Pontifici
4 competentem Papa à ſe abdicare non poteſt: quanquam Papatui renunciare valeat.
5

QVÆSTIO IX.

An Concordatis derogetur per Regulam de beneficijs promouendorum.

TEnorem huius Regulæ ponimus infra Notab. quarto. & vt loquamur cum Rebuffo, hæc Regula vult, quod non

non valeat collatio beneficij illius, qui ad Epiſcopatum, vel Abbatiam, vel ad regimen alicuius Eccleſiæ promoueri deſiderat: hoc eſt, quod ſi, exempli gratia, P. Decanus in A. poſt mortem B. eligatur in Epiſcopum, & P. poſt mortem dicti B. reſignet Decanatum in manus Capituli, & poſtea confirmetur in Epiſcopum, electio, ſeu prouiſio ſuper Decanatu facta per Capitulum erit nulla, & Decanatus cẽſetur Pontifici reſeruatus. Nunc quæritur, an huic reſeruationi Pontificiæ obſtent Concordata? Flam. Pariſ. de Reſig. li. 3. q. 6. nu. 92. paucis verbis ſic reſoluit: dubitatur an Regula deroget Concordatis. Rebuffus tenet quod non; & ita fuit reſolutum in Rota, in vna Paderbornen. Prępoſiturę die Lunæ 29. (error eſt hic vel typographi, vel ſcriptoris, quia 29. Maij dies anno 88. non incidit in diem Lunæ, nec in diem rotalem. Ex deciſ. patet primò 9. Martij, & ſecundò 30. Maij dictam cauſam fuiſſe in Rota propoſitam) Maij 1588. coram R. P. D. Bubalo. Rebuffus autem ſuper Reg. XXVI. ita ſcribit: Vnde putarem in Francia, quod ſi iſte promouendus coram Ordinario reſignaret beneficia ante promotionem, quod illa collatio valeret, cum omnes Regulæ ſapientes reſeruationem ſint in Regno Franciæ ſublatæ per Rubr. de Reſer. in Concordatis.

1

2

3

His tamen non obſtantibus veritas eſt, quod dicta Regula afficiat beneficia etiam in Germania. Et huius concluſionis fundamentum eſt euidentiſſimum, quod communi Doctorum opinione hæc Regula eſt fauorabilis, & declaratiua Conſtitutionis ad Regimen; quæ conſtitutio intrat in Concordata, & præſeruatur in Concordatis, Rota d. deciſ. coram R. P. D. Bubalo. verſ. *Quod eò magis*. Et cum hoc fundamentum induxerit Flam. d. q. nu. 88. ad probandum dictam Regulam comprehẽdere electiua beneficia, mirum ſanè quod non idem conſiderauerit in ſubſequenti puncto circa Concordata: ſed dici poteſt eum tam infinitis quæſtionibus reſoluendis occupatum circa Vltramontanorum ſpecia-

4

5

lia Concordatorum Iura obiter ibi retuliſſe Rebuffi opinionem.

6 Ad eius binas allegationes clara eſt reſponſio. Nam etſi Rota in prima propoſitione cauſæ Paderbornen. id aſſeruerit, in ſecunda tamen propoſitione ex præmiſſo fundamento priorem deciſionem rectè correxit. Rebuffus verò loco allegato incautè loquitur per verbum omnes; & rectiùs dixit
7 in add. ad Reg. 1. In Francia non ſeruari Regulas, ſi ſint contrariæ Concordatis. Ex quo ſequitur cum Regula de promouendis non ſit contraria Concordatis Germaniæ, ſed ſub conſtitutione Ad Regimen, quæ eſt pars Cõcordatorum, intret Concordata, vti Ius declaratiuum, dictam Regulam etiã
8 in Germania omninò attendendam eſſe. Et nemò dicere poterit per Concordata ſublatas, & irritas cenſeri omnes Regulas Cancellariæ. Nam Reg. de infirmis reſignan. de publican. reſignat. (in cuius locum hodiè ſucceſsit Conſtitu-
9 tio Gregoriana) de veriſimili notitia, de valore exprimẽdo, de Annali, Triẽnali &c. etiam circa beneficia Germaniæ locum ſibi vendicare manifeſti Iuris eſt.

QVÆSTIO X.

An nouæ Conſtitutiones Apoſtolicæ inducentes Priuationem ipſo Iure, cum reſeruatione beneficiorum, non obſtet Ordinarijs Germaniæ, vt ſic vacãtia beneficia in ſuis mẽſibus cõferre valeãt?

1 DVbium hoc proponit Granutius in tra. Simonettæ de de Reſer. q. 99. in caſu priuatorum propter hæreſim, quorum beneficia Pius V. perpetua Conſtitutione reſeruauit: Et multa inuoluendo, de conſtitutione in Germania nõ publicata, non recepta &c. nihil reſoluit. Supra q. 4. ſatis

oſtẽdimus Legem Romæ publicatam conſtringere omnes Chriſtianos. Sed circa huius quæſtionis dubiæ reſolutionẽ 2
cardo in eo verſatur, an huiuſmodi conſtitutiones & Concordata ſe inuicem compatiantur. In hoc duplex caſus venit conſiderandus: Nam, vel Sententia declaratoria priua- 3
tionis fertur per Pontificem, aut per Nũcium Apoſtolicum, aut per Pontificis ſpeciale reſcriptum, & tunc nõ eſt dubium priuati beneficia conferre ſolum Pontificem, vel Legatum, ſi Indultum habeat, non ſolùm vigore nouæ Pontificiæ conſtitutionis, ſed etiam vi ipſorum Concordatorum; quia textus clarè loquitur. ibi. *Per nos, ſeu authoritate noſtra priuatorum &c.* Nec refert quod Granutius dicat loco citato, textũ illum non eſſe textum Concordatorum, ſed Conſtitutionis ad Regimen; quia imò conſtitutio tota Ad Regimen intrat in Concordata, niſi quatenus modificatur in ſubſequẽti textu eorundem Concordatorum.

Quando verò declaratio incurſæ pœnæ (V. G. propter 4
hæreſim, vel ob non publicatam reſignationem; vel commiſſam confidentiam Symoniacam &c.) fit per Ordinarium ordinaria authoritate, & in Ordinarij menſe, tunc dubium oritur, an Ordinarius in Germania poſsit conferre, nõ obſtantibus nouis conſtitutionibus Apoſtolicis reſeruatio- 5
nem importantibus. Et quidem pro affirmatiua facit, quod priuilegia conceſſa per Concordata ſint latiſſimè interpretanda vti fauorabilia. Caſſad. deciſ. vnica. incip. Concordata Germaniæ, nu. 2. de pact. Secundò quia hæretici beneficia poſſe conferri per Ordinarium in ſuis menſibus Rota Roma- 6
na aliàs (vt Granutius d. loco. nu. 10. refert) præſuppoſuit ex Achille de Graſ. tunc Auditore, poſtea Cardinali, deciſ. 161. Tertiò, quia per generalem diſpoſitionem nunquam tollitur peculiare priuilegium, Gabriel de legibus, Concl. 1. 7
quod confirmatur ex facto Gregorij XIII. circa Reſeruationem menſium Apoſtolicorum dicentis, ſe Cõcordata lædere nolle.

Sed

8 Sed his, & ſimilibus non obſtãtibus, negatiua de Iure eſt verior, & recepta de ſtylo Curiæ, qui Ius facit; & probatur neruoſa ratione, quod Pontifex concordando cum Germanis ſibi nec voluit, nec potuit ligare manus, ad decernendas, & conſtituendas pœnas in delinquentes quoſcunq;: Si ergò poſtea Vicario Chriſti pijſſimo Pio V. (in cuius ore frequenter fuit ſancta illa vox: Fiat iuſtitia & pereat mundus) viſum fuit, hæreticos eſſe puniendos priuatione beneficiorum cum reſeruatione, non eſt ratio, cur ab hac pœna excludamus Germanos, hoc ſęculo, proch dolor, in hæreſim tam procliuos.

9 Confirmatur ſecundò, quod nunquàm auditum eſt in Germania contuliſſe Ordinarium beneficia vacantia ob nõ publicationem, etiamſi terminus ad publicandum neglectus exſpirauerit in menſe Ordinarij. Sed Papa tam cõtra Germanos, quàm quoſcunq; alios ſignat paſſim ſupplicationes ob non publicationem, nulla habita ratione, in quo menſe termino elapſo, beneficium vacauerit.

10 Tertiò hæc concluſio negatiua clarè deducitur ex Bulla Sixti V. declaratoria Bullæ Pij V. contra confidentiam ſymoniacam admittentes. Nam cum Galli per ſua Concordata longè ampliorem Germanis habeant facultatem conferendi beneficia, tamen ligati cenſebantur Reſeruatione Pij V. contra Confidentiarios, & iuſtiſsimus Sixtus V. egrè ferens Pijnam conſtitutionem in Gallia non fuiſſe debitæ executioni demandatam, ad excitandos Ordinarios Galliæ ſpecialiter indulget, relaxando & moderando legẽ aliàs uniuerſalem, vt Ordinarij Galliæ conferant beneficia per Confidentiam vacantia. Quod indultum omninò fuiſſet ſuperfluum, nullaq; dici poſſet relaxatio, ſi vigore Concordatorum idem potuiſſent, non obſtante Pij V. reſerua-
11 tione. Hinc fortaſsis non abſre foret, ſi S.D.N. ſimile indultum daret Germanis Epiſcopis, ad conferendum beneficia tam hæreticorum, quàm aliorum in S. Canones delinquentium,

quentium,quorum beneficia per Apoſtolicas conſtitutiones aliàs reſeruata cenſentur :ſaluo Iure prçuentionis: Sic Germani Gallis non viderentur inferiores, & pro dubio huius 12
quæſtionis,Ius certum haberemus. Interim ad argumenta pro affirmatiua parte poſita reſpondemus, Ad primum, priuilegia non tam latè eſſe interpretanda,vt per talem interpretationem ligentur manus Summi Pontificis, ad ſtatuendam conuenientem pœnam, in delinquentes contra fidem, vel Apoſtolica mandata. Ad ſecundum reſpondemus,Illu- 13
ſtriſſimum Cardinalem de Graſsis (qui vixit tempore Iulij. II. circa Annum. 1503.) feciſſe ſuas deciſiones 70. annis ante Conſtitutionem Pij V. proinde Granutius parum aptè adducit illius authoritatem. Ad tertium,ſicut ad primum. Quibus adde, quæ ſcribit Flamin. lib. 11. quæſtio. 14
8. reſoluendo: Sic priuatorum ipſo Iure beneficia vacare in Curia, ex eo, quod ſententia priuationis per legem inducta,cenſetur lata in Curia,iuxta deciſ. Rotæ.36. de præben. in antiq.

QVAESTIO XI.

An Ordinarij valeant liberè conferre beneficia in ſuis menſibus vacantia, in quibus aliquis habet Regreſſum, vel Ius Coadiutoriæ?

DVplicem hanc quæſtionem proponit Flam. Pariſ. lib. 6.q.vlt.num.69.ex Caſſad.deciſ.1.de pact.& Puteo, qui lib.3.deciſ.226.eam latè,& pulchrè reſoluit; quod Or- 1
dinarius non poteſt impedire habentem Regreſſum, in quocunq; menſe contingat vacatio, Quia regreſſus eſt continuatio quædam primæui Iuris, & ſic fingitur, quod nulla interceſſerit vacatio.

Aliud verò dicendum in Coadiutoria, ſi quando conce- 2

deretur in beneficijs Germaniæ ſine ſpeciali derogatione Concordatorum; quia tunc Ordinarius non obſtante tali Coadiutoria vteretur iure ſuo in ſuis menſibus. Verùm in his non eſt nobis immorandum, cum ſit de ſtylo, non dari in Germaniæ maioribus beneficijs Coadiutores, niſi per electionem cum futura ſucceſsione, per ſpeciale Indultum Pōtificis: Sic nuper 1593 in Coadiutorem Eyſteten. cum om-
3 nimoda adminiſtratione electus fuit Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus D. IOANNES CONRADVS à Gemingen; & Anno 1598 in Coadiutorem Paſſauien. electū,
4 & confirmatum vidimus Sereniſsimum D. D. LEOPOLDVM ARCHIDVCEM AVSTRIAE. &c.

Et nunc circa Regreſſus longior diſputatio ceſſat, ſtante
5 decreto S. Concilij, Seſ. 25. c. 7. prohibentis acceſſus, & regreſſus his verbis: *Cum in beneficijs eccleſiaſticis ea, quæ hereditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, ſacris conſtitutionibus ſint odioſa, & Patrum decretis contraria, nemini in poſterùm acceſſus, aut regreſſus, etiā de conſenſu, ad beneficium eccleſiaſticum, cuiuſcunq; qualitatis, concedatur. Hocq; decretum in quibuſcunq; beneficijs eccleſiaſticis, ac etiā Cathedralibus Eccleſiis, ac in quibuſcunq; perſonis, etiam Cardina-*
6 *latus honore fulgētibus, locū habeat.* Et ſic acceſſus, regreſſus, & ingreſſus hodie exulant à Curia Romana, ac nemini cōcedūtur. Per hoc tamē nō ſunt ſublati regreſſus, qui cōcedū-
7 tur ob non ſolutionem penſionis, & qui inuenti ſunt à Iure, de quibus in c. ſi beneficia. ibi. ad beneficia ſua liberè reuertantur. de præb. lib. 6.

8 Inſuper inficiari non poteſt, quin poſsit Papa Regreſſus, Acceſſus, & Ingreſſus ad ſui libitum concedere, & ſic hanc viam de nouo aperire, propter omnimodam poteſtatē, quam habet in beneficialibus, in quibus eſt Dominus abſolutus, vt deducit Redoan. de Sym. par. 2. c. 18. nu. 3. Ita Flam. Pariſ. li. 6. q. vlt. nu. 108.

QVAE-

QVÆSTIO XII.

An Ordinarij, in menſibus Pontifici reſeruatis, poſſint recipere Reſignationes, & beneficia reſignata liberè conferre, nō obſtantibus Cōcordatis, & alijs Apoſtolicis conſtitutionibus.

Circa materiam huius quæſtionis notanda primò venit concluſio, quam ponit Flam. lib. 7. q. 11. num. 29. Quod primæ dignitates poſt pontificalem in Cathedralibus & principales in collegiatis, non poſsint renunciari, niſi coràm Summo Pontifice. Nam propter reſeruationem perpetuam huiuſmodi dignitatum, quæ ponitur in Reg. Cance. (& quoad nos Germanos in Concordatis §. *de cæteris* &c.) alij inferiores nequaquàm poſsunt ſe intromittere, cùm nō poſsint conferre. Ant. de Butrio in ca. 2. num. 33. de reſt. in integ. 1

Secunda Concluſio. Si tamen Eccleſia aliqua habeat Indultum perpetuum eligendi præpoſitum (Sicut habet Eccleſia Auguſtana in Cathedrali, per Concordiam Bulla Alexandri VI. firmatam, & Leodienſes quoad omnes Collegiatas per Concordiam ſub Sixto V. renouatam) tunc exiſtimo renunciationem validè fieri coràm Capitulo: & Capitulum intra menſem iuxta Conſtitutionem Gregorij XIII. de pub. reſig. poſſe procedere ad electionem præpoſiti, qui deindè tempore debito teneatur apud S. Sedē confirmationem petere, & Bullas expedire; omninò etiam intra tres menſes, à die electionis præfatę, reſignationem publicare. Nam etiam in electiuis beneficijs, tam coram Ordinario, quàm Pontifice renunciatis, conſtitutionem Gregorianam de pub. reſig. intrare, ex textu clarum eſt, §. cæterùm. ibi. *Et electiuis & manualibus, & de Iure patronatus laicorū*, &c. 2

3

Vbi obiter notand. talem publicationem intra dictum tri-
4 meſtre poſſe fieri per prælectionem ſummariam inſtrumenti Reſignationis, & eiuſdem tranſumptam copiam affigendo in loco Præpoſituræ & Cathedrali, etiam Bullis ſuper confirmatione Romæ nondum expeditis. Nam hoc caſu Bullę non concernunt reſignationem, ſed tantumodo electionis factæ approbationem.

5 Per hanc verò concluſionem non rectè infertur Epiſcopos irrequiſito Pontifice poſſe renunciare in manus Capi-
1 tuli. Ratio principalis eſt; quia inter Epiſcopum, & Eccleſiam eſt contractum matrimonium, quod non poteſt ſolui, ſine Deo, vel Papa. c. quòd Deus. 33. q. 2. Et ob id Epiſcopus dicitur habere alas ligatas, quæ non poſſunt ſolui ſine Papa. c. niſi. de renunc. ibi. Quoniam etſi pennas habeas, quibus ſatagis in ſolitudinem aduolare, ita tamen aſtrictæ ſunt ne-
6 xibus præceptorum, vt liberum non habeas, abſq; noſtra permiſsione, volatum.

7 Tertia Cõcluſio, in alijs minoribus beneficijs reſeruatis per reſeruationes generales, vel ſpeciales, Ordinarij poſsũt reci-
2 pere reſignationes, beneficia autem reſignata nõ conferre, Feder. de Senis. q. 36. nu. 62. Rota deciſ. 4. de Renunc. in antiq. Caſſad. deciſ. 8. nu. 9. de præben. Flam. lib. 7. q. 11. nu. 32. & lib. 2. q. 3. nu. 103.

8 Quarta concluſio, beneficia exempta ſunt renuncianda coràm Summo Pontifice, vel Legato de latere; quia Superior exemptorum eſt ſolus Papa, c. authoritate. de priuil. li. 6. DD. in c. ſi Abbatem. li. 6. de Elect. Et hæc concluſio multò magis procedit in beneficijs conſiſtorialibus. Flam. dicto. li. 7. q. 11. nu. 37.

9 Quinta Concluſio, quoties beneficium, aliàs per Ordina-
3 rium conferibile, vacat, per factam in menſe Ordinarij ad manus ſuas ſimplicem reſignationem, non eſt dubium Ordinarium liberè cõferre poſſe. Hoſtien. in cap. accepta. de reſt ſpol. Gabriel. conſi. 187. li. 1.

Quando

Quando verò reſignatio fit in manus Ordinarij, ſed in 10
menſe Pontificis, tunc apparet ratio dubitandi circa benefi-
cia Germaniæ, ex eo, quia reſignans ſecundum communem 11
opinionem habetur pro mortuo, quoad beneficium reſigna-
tum. Caſſ. deciſ. 16. ſuper Reg. Canc. Pariſ. Conſ. 93. nu. 25. 12
vol. 4. Et mors ciuilis æquiparatur morti naturali, quando in caſu occurrente idem operatur, quod mors naturalis. l. Deo nobis. vbi Baldus. nu. 8. C. de Epiſco. & cler. Ergò ſicut Ordinarius in Germania non poteſt conferre in menſibus Pontificis per obitum vacantia, ita nec poterit quando vacant per mortem ciuilem renuntiatione.

Verùm hac ratione non obſtante, exiſtimo etiam in Ger- 13
mania Ordinarios poſſe conferre beneficia in quocunq; mẽſe in ſuis manibus ſimpliciter reſignata (dumodo talia ſint, quæ aliàs in menſibus non reſeruatis per obitum vacantia, ad ipſorum Ordinariorum diſpoſitionem pertinerent, & reſignatio in illo caſu alio ſpeciali Iure non ſit prohibita, prout prohibetur reſignatio promouendorum, de quo ſupra quæſtio. 9.)

Nam per reſeruationem Concordatorum, Pontifex non 14
videtur voluiſſe conditionem Ordinariorum Germaniæ facere duriorem, illiſue plus detrahere, quàm Pontifices conſueuerunt detrahere aliarum prouinciarum Epiſcopis: at per reſeruationem Regularum Cancellariæ, quibus ligãtur omnes Nationes, Pontifices ſolent eximere à reſeruatione modum vacationis per reſignationem. Sic in Bullario Romæ
impreſſo, fol. 1402. circa reſeruationem menſium Sixti V. in 15
hæc uerba ſtatuitur: *Sanctiſſimus &c. cupiens pauperibus clericis, & alijs benèmeritis perſonis prouidere, omnia beneficia eccleſiaſtica, in menſibus Maij, Iulij, Auguſti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, & Aprilis, &c. extra Romanam Curiam, aliàs, quàm per reſignationem quocunq; modo vacatura &c. diſpoſitioni ſuæ generaliter reſeruauit*. Vbi nota verba: *aliàs, quàm per reſignationem*. Et ſimilis reſeruatio

tio ijſdem verbis exiſtit in Regu. S. D. N. CLEMENTIS VIII. Reg. 8.

16 Ad rationem dubitandi, quod reſignans habeatur mortuo ſimilis, reſponderi poteſt, argumentum à ſimili non procedere, quando in caſu propoſito aliqua diſſimilitudo ex Iure colligitur: at inter reſignantem & mortuum, Regula Cãcel. reſeruatoria menſium, facit differentiam, & nihil obſtat quo minùs eam extendamus ad caſus Concordatorum, ergò tam Ordinarios Germaniæ, quàm alios, huiuſmodi diſtinctio iuuabit.

17 Sexta Concluſio. Quomodocunq; & quandocunque fiat reſignatio in manus Ordinarij, ipſe Ordinarius de reſignato beneficio non poteſt prouidere, ſuo, vel reſignantis conſan-
18 guineo, affini, vel familiari. Et Epiſcopus, vel Ordinarius ſic conferens, ſuſpenditur à collatione, electione, præſentatione, confirmatione, inſtitutione, donec remiſſionem à Romano Pontifice meruerit obtinere; & recipiens ijſdem ſubiacet pęnis. Sic ordinauit perpetua conſtitutione Pius V. con. 58. incip. *Quanta Eccleſiæ.* & c. cum decreto validiſſimo: *Volumuſq; eas* (ſ. literas) ſic (vid. Romæ) *publicatas, omnes et ſingulos perinde afficere, & obligare, ac ſi illis ipſis fuiſsẽt ſingulariter intimatæ.* Flam. de Reſig. lib. 5. quæſtio. 6. nume. 2. & 188.

19 Poſſent circa materiam Concordatorum plures formari quæſtiones; ſed nunc his contenti ſimus. Et in quæſtione, an Legatus de latere, in Germania poſſit conferre beneficia vacantia in menſibus Ordinariorum, non eſt multum laborandum. Nam de Iure loquendo non eſt dubium Pontificẽ
20 & Legatum non habere manus ligatas per Concordata, & illos concurrere cum quibuſuis Ordinarijs. Put. lib. 2. deciſ. 345. incip. in Vna Auguſtan. Sed ſicut Papa non ſolet ſine magna cauſa ſignare ſupplicationes, pro beneficijs vacantibus in menſibus Ordinariorum Germaniæ, ita Illuſtriſſimi Legati ſunt eius humanitatis, vt contenti reſeruationibus

menſium Papalium,in alijs menſibus Ordinarijs relinquant liberam prouiſionem.

Quod vidimus in Comitijs Ratiſponen. vbi cum in menſe Ordinarij, per obitum D.de Kumerſtat, vacaret Canonicatus Ratiſponen. Illuſtriſſimus CARDINALIS MADRVTIVS LEGATVS prudentiſſimus,non tantùm non impediebat, ſed ſua benignitate adiuuabat, vt Capitulum Ratiſponen.ordinaria collatione, dictum Canonicatum conferret Illuſtri, & generoſo D. ALBERTO Baroni à Terringen, adoleſcenti ſummæ expectationis, vt quem, & ego à cunabulis vidi inſigni pietat e imbutum,dum eius fratris LADISLAI primogeniti nunc Domini in Stein, & Pertéſtein curam ſuſtinerem,& poſtea Anno.97.Romæ eiuſdem D. ALBERTI, in recitandis horis Canonicis, cõſortio optatiſſimo frueret:Cõfirmet benignus DEVS quod in eo operari cępit,vt ſit,& maneat exemplo bono,omnibus alijs nobilibus Canonicis. Amen. 21

Continuatio quorundam notabilium, partim ad Concordata,partim generaliter ad executionem literarum Apoſtolicarum pertinentium.

NOTABILE I.

Continens reſponſum Iuris, ex Concordatis Germaniæ, in una Auguſtan. Canonicatus, & Præpoſituræ.

NOn puto collationẽ Canonicatus in Cathedrali ſubſiſtere. Nam eſi ex forma Concordatorum poſſint Ordinarij in menſibus, etiam reſeruatis,liberè prouidere, ſi non appareat Papam prouidiſſe infra tres menſes, à die notæ vacationis,id tamen intelligendum eſt, quatenus poſt illos 1

2 los tres menſes Papa non præueniat: Quia Concordata non impediunt collationes Papæ, etiam in menſibus Ordinariorum, ſed ſolùm tollunt gratias præuentiuas (quam olim habebant expectantes) Caſſ. deciſ. 1. de pact. Simonet. lib. 1. deciſ. 7. & tenuit Rota, in vna Meten. Canonicatus, coram R.P.
3 D. de Rubeis. 8. Nouemb. 1577. Nec Papa dando facultatem conferendi Ordinariis, lapſo trimeſtri, in menſibus ſibi reſeruatis, cenſeri debet maiorem facultatem in iſtis menſi-
4 bus Ordinarijs dediſſe, quàm in illis, quos Ordinarijs expreſsè reſeruat, & ratio eſt; Quia Papa concedendo facultatem Ordinarijs collatoribus, videtur ſibi maiorem reſeruaſſe. ca.
5 Dudum. & c. quamuis de præb. li. 6.

Nec obſtat quod CONCORDATA dicant, *liberè diſſponere poterit*, quia intelligit, *liberè* retentis terminis Concordatorum, hoc eſt, non obſtantibus gratijs præuentiuis, & ita fuit reſponſum in dicta Meten.

Minùs obſtat Decretum irritans in CONCORDA-
6 TIS appoſitum, quia non ligat Papam: cum non dicat, etiam per Nos; vt fuit dictum in eadem Meten. & in alia Leodien. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinale Lancilloto tunc Rotæ Auditore. Neq; facit, quod non videatur perfecta collatio Papæ, non ſecuta publicatione in loco beneficij, intra tres menſes à die notæ uacationis in loco beneficij, quod alicui prouiſum fuerit; quia iam Rota reſoluit, ver-
7 ba illa: *In loco beneficij*, referri ad notitiam vacationis, non ad verbum, *Apparuerit*, & quod propterea non eſt neceſſe, quod infra trimeſtre publicata ſit prouiſio Apoſtolica in loco beneficij. Et ita dixit Rota in Colonien. Canonicatus, coram Fabio die 13. Ianu. 1559. vt in li. diuer. deciſ. deciſ. 126. Et in hoc non poteſt fieri hodie difficultas, quia iſte intellectus approbatur etiam ex Conſtitutione Gregorij, edita ſuper declaratione. &c. verſ. *attendenteſq;*
8 Non etiam facit Conſtitutio ipſa Gregorij, quæ intra tres menſes mandat diſpoſitiones Apoſtolicas denunciari colla-

to-

toribus, aut in loco beneficij publicari, quia loquitur de mãdato de prouidendo, & ſimilibus diſpoſitionibus, quæ differunt à prouiſionibus. Bonifacius in Clem. 1. nu. 69. de prębẽ. Caſſad. deciſ. 1. vt lite penden.

Quantum ad Præpoſituram, multo minùs tenet collatio Ordinarij, quia Concordata non capiunt Dignitates primas in Collegatis; imò expreſsè illas excipiunt; & intrat Regula Cancellariæ. 3. reſeruatoria dignitatum. 9

Quantum ad Canonicatum in Collegiata, quia nõ adhuc liquet, an prouiſio Apoſtolica, vel ordinaria præceſſerit, nõ poſſum aliquid reſpondere. Si ordinaria præceſſit, indubitatum eſt, quod eſt bona, quia collatio Papæ non fuiſſet facta infra trimeſtre, & Concordata intrarent. 10

Horatius Mandoſius Aduocatus.

NOTABILE II.

Colonien. Canonicatus Lunæ 17. April. 1589. In ſupremo Iudicio Rotæ Romanę.

DOmini dixerunt dandum eſſe mãdatum de immittendo Henrico, iuſtificata per eum gratia Apoſtolica. Habent enim literæ Apoſtolicæ executionem paratam, ſicut remedium legis fin. C. de eden. Bald. in l. 2. nu. 65. C. de ſeru. & aquę. Abb. in c. paſtoralis nu. 14. in fin. de cauſ. poſſeſſ. & propri. Et eſt deciſio Mol. 206. quam Rota paſſim ſequitur. 1

Nec Melchior prętendens habere titulum à Capitulo, ordinario collatore, dicitur legitimus contradictor, vt iudicio ordinario agendum ſit, iuxta tradita per Doct. in d. l. fi. Quia cum agatur de beneficio reſeruato ratione menſis, iuxta Concordata Germaniæ, titulus habitus ab Ordinario non dicitur ſimilis ad hunc effectum, per ea, quæ conſiderata fuerunt diebus præteritis in cauſa Burgen. coràm R. P. D. 2

Gppſio. Vnde ceſſat obiectum, quod fieri poteſt ex Moſ. & alijs deductis in cauſa Lucan. 7. Iunij 1585. coràm R. P. D. Orano. Et poteſt procedi executiuè.

3 Gratia verò Henrici quoad vacationem in menſe Maij Anno 1582. verificatur ex confeſſione Capituli, cuius nomine cauſa agitur, in poſitionibus datis in partibus. Aegid. deciſ. 68. Romanus conſ. 91. in fine.

Quod Papa prouiderit intra tres menſes iuxta Concordata patet ex Data, ſub die Iunij eiuſdem anni.

4 Nec officit, quod talis prouiſio intra tres menſes à die vacationis non innotuerit in partibus: quia hoc non fuit neceſſe, ſtante declaratione Rotę, coram Fabio Accoramb. 13. Febru. 1559. in deciſ. diuer. 126. quam fœl. rec. Gregor. XIII. approbauit in Conſtit. edita ad tollendam ambiguitatem, quæ inerat verbis Concordatorum, in verſ. Quoties &c.

Et quamuis idem Gregorius ad excitandam diligentiam prouiſorum velit, ſignificationem obtentæ prouiſionis intra
5 tres menſes fieri debere, non tamen annullat prouiſionem, ſi hoc omiſſum fuerit; ſed irritas declarat quaſcunq; prouiſiones Collatorum factas poſt publicationem gratiæ Apoſtolicæ. Quare irrita manet aſſerta prouiſio Capituli ad fauorem Melchioris, poſt præſentatam Officiali Colonien. prouiſionem Apoſtolicam.

De qualitatibus, & habilitate Henrici ſatis conſtat ex atteſtatione Executoris, qui eſt eiuſdem Ordinarius.

6 De clericatu conſtat ex literis Illuſtriſſimi Vrbis Vicarij in actis productis.

7 Supereſt verificatio valoris: fuit enim expreſſus ad 24. ſed allegatur hunc valorem conſuetudinarium 24. ſolere exprimi in Canonicatibus illarum partium, nec attendi verum valorem, cum non agatur de Annata, prout ex hac ratione admittitur ſimilis conſuetudo in impetratione beneficiorũ in Regno Franciæ. Rebuff. in praxi. titu. de forma no. prou. in verſ. *cuius & illi.* & in Reg. de Vnio. gloſ. 2. Quia tamen de huiuſ-

huiuſmodi conſuetudine in actis non apparet, deſideratur valoris, aut huiuſmodi conſuetudinis, opportuna probatio.

NOTABILE III.

Coram R. P. D. M. Bubalo Paderbornen. Præpoſituræ 9. Martij, & 30. Maij 1588.

DE mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri ex ordine ad
me tranſmiſſo, per Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dominũ
meum Cardinalem Lancelotum, propoſui dubium in Rota;
an Præpoſitura Eccleſiæ Paderbornen. eſſet Sedi Apoſtoli-
cæ reſeruata. In facto autem præſupponebatur, ſine veri
præiudicio, dictam præpoſituram eſſe electiuam, & primam 1
dignitatem poſt Pontificalem in dicta Eccleſia. Præſuppo-
nebatur etiam quod vacante Eccleſia Paderbornen. Capi-
tulum elegit Dominum Theodoricũ Præpoſitum & Cano-
nicum, in ipſius Eccleſiæ Paderbornen. Epiſcopum, qui poſt
electionem & ante obtentam confirmationem à Sede Apo-
ſtolica, dictam Præpoſituram purè & liberè in manibus Ca-
pituli reſignauit, & Capitulum reſignationem admittens,
elegit in Præpoſitũ D. Melchiorem. Verùm cũ prætẽderê-
tur Præpoſituram vacaſſe ob promotionem D. Theodorici,
propterea, uel aliàs, eſſe Sedi Apoſtolicæ reſeruatam, San-
ctiſſimus D. N. de ea prouidit Domino Gualtero, qui lite- 2
ras expediuit in formà Breuis, directas Auditori Cameræ,
pro executione ſuæ gratiæ: Et quoniam Gualterus funda- 3
bat reſeruationem ſuper reg. 24. quæ annullat omnes reſi-
gnationes, de quibuſcunq; beneficijs factas per promouen-
dos, vel aſſumendos ad quaſcunq; prælaturas inter tempus
illarum vacationis & promotionis ad illas, fuit magna diffi-
cultas apud Dominos, an dicta reg. 24. comprehendat Di- 4
gnitates electiuas, ſuper qua tunc non potuit capi reſolutio,
& nihilominus quatenus etiam comprehenderet Domini

5 ſub die 9. Martij 1588. in prima propoſitione huius cauſæ, concluſerunt Præpoſituram, de qua agitur, non eſſe reſeruatam: quia cum in CONCORDATIS, exceptis reſeruationibus in eis expreſſis, relinquatur libera facultas Ordinarijs conferendi, vt in §. placet. videbatur Dominis reſeruationem inductam per Reg. 24. non comprehendere beneficia Germaniæ, quorum collatio ad Ordinarium ſpectat vigore Concordatorum. Cum enim Concordata con-
6 tineant contractum inter Sedem Apoſtolicam, & Nationē Germaniæ, non cenſetur Papa, per Regulas Cancellariæ, voluiſſe inducere nouas reſeruationes, in præiudicium Concordatorum, niſi de eis expreſſam & ſpecialem fecerit
7 mentionem. iuxta tex. in c. ex multiplici, de Decim. glo. in Clem. 2. in verbo pacta. de ſepult. Anchar. conſ. 20. Et ideò reſeruationes inductæ per Regulas, non comprehendũt be-
8 neficia Germaniæ, vt per Caſſad. deciſ. 1. de pact. Put. deciſ. 46. lib. 1. Creſcen. deciſ. 55. lib. 1. Et ex his dicebant Domini Præpoſituram, de qua agitur, vacauiſſe, non per promotionem, ſed per reſignationem Theodorici, qui potuit ante
9 promotionem reſignare titulum beneficij, Oldra. conſ. 203. nu. 1. per tex. in c. commiſſa, vbi DD. de elect. in 6. Capel. Thol. deciſ. 472.

Verùm cauſa iterùm propoſita, die 30. Maij, 1588 Domi-
10 ni receſſerunt à dicta reſolutione, & concluſerunt præpoſituram, de qua agitur, eſſe reſeruatam Sedi Apoſtolicæ. Aliqui ex Dominis mouebantur, quia Regula 24. propter eius generalitatem, & quia eſt fauorabilis, inducta ad tollẽdas fraudes, comprehendit etiam beneficia electiua, ex allegatis per Dominum Mandoſium: Quod eò magis procedere videtur,
11 quia dicta Regula venit declaratiua ad reſeruationem extrauagantis Ad Regimen: quæ reſeruatio eſt præſeruata in Concordatis. Sed ratio communis Dominorum fuit, quia in CONCORDATIS, in §. de Cæteris: Papa, dum liberè dimittit collationem aliorum beneficiorum Ordinarijs infe-

ferio-

ferioribus, ad quos ſpectat in certis menſibus, & alijs certo modo, & tempore, vltra Reſeruationes prædictas, reſeruat 12
etiam omni modo maiores Dignitates poſt Pontificales in Cathedralibus, & principales in Collegiatis; ex qua reſeruatione duo reſultant: Primò quod Regula 24. comprehendit etiam has primas Dignitates, quas Papa ſibi reſeruat, & ſic comprehenduntur ſub Regulis.

Secundò, quod in omnem euentum, cum Præpoſitura ſit prima Dignitas, vigore Concordatorum eſt reſeruata Sedi 13
Apoſtolicæ, quod procedit, etiamſi ſit electiua, quia cum ſupra in Concordatis fuerit facta mentio de beneficijs electiuis, & poſtea ſubijciatur. *De cæteris verò* &c. intelligendum 14
eſt etiam de electiuis, quia exceptio debet eſſe de Regula. gloſ. in rub. de Reg. Iur. in 6. Bar. in l. ſi cum. ff. ſi quis cauſam. Et accedit quia adeſt dictio Verò, quæ eſt aduerſatiua, & inducit repetitionem omnium qualitatum expreſſarum in præcedẽti diſpoſitione. Baldus in l. omnes populi. nu. 21. de Iuſt. & Iur. Alexan. in l. ſi filius à patre. nu. 6. de lib. & poſthu. Ruinus Conſ. 111. num. 6. lib. 3. Socin. Iun. Conſ. 83. nu. 10. lib. 1. Cum igitur de reſeruatione in ipſis Concordatis verſamur in caſu claro, quod capitulum non potuit diſponere de hac Præpoſitura, vti Sedi Apoſtolicæ reſeruata, proinde ita Domini concluſerunt.

NOTABILE IIII.

Regula Cancellariæ Apoſtolicæ per quàm reſeruantur beneficia Promotorum. &c.

QVoniam infraſcripta deciſio fundatur in Regula, quæ ſub GREGORIO XIII. ponebatur ſub nu. 24. In Regulis autem CLEMENTIS VIII. ſub nu. 25. ideò eius tenorem ſubijcere viſum eſt.

De beneficijs vacaturis per promotionem ad Eccleſias, & Monaſteria.

25 Item prædictus D. N. Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quod quæcunq; conceſſiones, gratiæ, & mandata, etiam Motu proprio, & cum derogatione huius conſtitutionis, quæ ab eo, pro quibuſuis perſonis emanauerint, de prouidendo eis, de quibuſuis beneficijs vacaturis per promotionē quorumcunq;, ad Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimina, ſi huiuſmodi conceſſiones, & mandata diem promotionis pro-
1 mouendorum ipſorum præceſſerint: nec non quæcunq; collationes, prouiſiones, & diſpoſitiones, pro tempore faciendæ de præmiſſis, ac quibuſuis alijs beneficijs eccleſiaſticis ſæcu-
2 laribus, & regularibus, quæ per promouendos, vel aſſumendos ad quaſcūq; Prælaturas inter illarum uacationis, & hu-
3 iuſmodi promotionis, vel aſſumptionis tēpora, ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, vbicunq; reſignari, vel aliàs di-
4 mitti contigerit, cum inde ſecutis pro tempore, ſint caſſæ, & irritæ, nulliuſq; roboris, uel momenti.

NOTABILE V.

De impedientibus executionem literarum Apoſtolicarum, illorumq; pœnis.

Summarium Conſtitutionis Clementis VII.

CLEMENS Epiſcopus &c. Romanus Pontifex &c. Cum autem nobis ſummè cordi ſit, conatibus iſtorū, qui executionem literarum, & mandatorum Apoſtolicorū ſic impediunt, omnibus, quibus cum Deo poſſumus, modis, vijs, & medijs obuiare, quamuis enim de præſenti ſint alia
1 turbulentiſſima, & deploranda tempora. &c. tamen his temerarijs

merarijs præſumptionibus duximus neceſſariò obuiandum.
Nos igitur, qui ſumus.&c.vnicus ſponſus Eccleſiæ.&c.& non 2
debemus noſtram,& ipſius ſponſæ noſtræ Iuſtitiam negligere, qui alios in ſua iuſtitia confouemus, inducti, eiſdem ratio- 3
nibus.&c.motu proprio. &c. Singulas Bonifacij, Martini, &
Leonis.&c.literas,& omnia in eis contenta.&c.approbamus 4
innouamus, ac perpetuò obſeruari debere decernimus: Nec
non quaſcunq; conſtitutiones prouinciales,& Synodales, de 5
non exequendo literas Apoſtolicas ſine placito Ordinariorũ locorum,& niſi ipſæ literæ ſint priùs per eoſdem Ordinarios, ſeu eorum officiales, aut ſigilliferos, vel Cõmiſſarios viſæ, & admiſſæ, in ſupradictis,& quibuſuis alijs Eccleſijs, ac ciuitatibus, diœceſibus,& prouincijs, per totum orbem terrarum conſtitutis, vt præfertur editas, & factas, ac quomodolibet,
etiam ſub colore obuiandi falſitatibus, & fraudibus innoua- 6
tas, motu, ſcientia, authoritate,& poteſtatis plenitudine prædictis, caſſamus,& annullamus, ac ex quibuſcunq; libris, vbi 7
deſcriptæ reperiuntur penitùs caſſari,& deleri, ſub dictis pœnis, mandamus: Nec non de nouo ſtatuimus, & ordinamus, quod Iudices,& executores in literis Apoſtolicis, pro tempore deputati, ac Notarii,& Tabelliones, ſuper his requiſiti, ipſas literas Apoſtolicas liberè & ſine alicuius perſonæ, cuiuſcunq; eccleſiaſticæ, vel mundanæ dignitatis fuerit, licentia, vel conſenſu, exequi poſſint,& debeant.

Et nihilominus vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Pri- 8
matibus, Epiſcopis, locorum Ordinariis, eorum officialibus, Sigilliferis,& Commiſſariis, ac aliis perſonis, tam eccleſiaſticis, quàm ſęcularibus, quauis authoritate fulgentibus, nec non Cõmunitatibus Ciuitatũ,& Vniuerſitatibus Caſtrorũ, oppidorum, terrarum,& locorum, in virtute ſanctæ obedien-
tiæ, ac ſub excommunicationis,& anathematis pęna, in eorũ 9
ſingulos, quam, ſi contrafecerint, eo ipſo etiam abſq; alia declaratione deſuper facienda, incurrant, à qua non niſi per nos, aut Succeſſores noſtros canonicè intrantes, etiam

prætextu quorumcunq; priuilegiorum.&c.præterquam in
mortis articulo conſtituti,& debita ſatisfactione præuia, ab-
ſolui poſſint,diſtrictè præcipiendo mandamus,ne Iudices, &
Executores literarum Apoſtolicarũ,acNotarios,& tabellio-
nes,ſuper his pro tempore requiſitos,quominùs literas Apo-
10 ſtolicas huiuſmodi, liberè, & abſq; eorũ placito, licentia, &
conſenſu exequantur, quouis modo impedire præſumant.
Nos enim omnes illos, qui executionem literarum ipſarum
Apoſtolicarum impediuerint, ſeu impedientibus auxilium,
conſilium,vel fauorem directè,vel indirectè,publicè,vel oc-
cultè,aut quouis quæſito colore,præſumpſerint,etiãſi patri-
archali,archiepiſcopali,primatiali,epiſcopali,& quauis alia
eccleſiaſtica,vel mundana,etiam imperiali, regali,reginali,
ducali,vel alia dignitate perfulgeant, per alias noſtras lite-
ras in die Cœnæ Domini publicè lectas,excõmunicauimus,
11 & anathematizauimus,prout etiam tenore præſentium eos
eidem excommunicationis, &anathematis ſententiæ, à qua
non niſi vt præfertur, abſolui poſſint, ſubiacere, ac ciuita-
tes,terras,caſtra, oppida, & loca, in quibus inobedientes, &
contrafacientes manſerint, & ad quæ eos declinare conti-
gerit,eccleſiaſtico ſuppoſita eſſe interdicto, tàmdiu firmiter
obſeruando,donec ad cor reuerſi,interdicti huiuſmodi rela-
xationem, debita ſatisfactione præmiſſa, meruerint à nobis,
aut dictis Succeſſoribus noſtris obtinere. Nec non omnes, &
ſingulas ſententias,cenſuras,& pœnas,quas dicti Ordinarij,
aut eorum Officiales contra huiuſmodi Iudices, & executo-
res literarum Apoſtolicarum,aut illas impetrantes,ſeu nota-
rios,& tabelliones propter executiones per eos factas,vel fa-
ciendas inflixerunt,& promulgarũt, aut in futurum quomo-
dolibet infligent,aut promulgabũt, irritas,& inanes, ac nul-
lius roboris,vel momenti exiſtere,eiſdem,motu,ſcientia,au-
thoritate, & poteſtatis plenitudine decernimus, & declara-
mus. Quocirca dilecto filio Curiæ Cauſarum Cam. Apoſt.
generali Auditori.&c.mandamus,vt ſi quãdo & quoties de

cætero

cætero ad eius notitiam per delationem partis cuius inter- 12
eſt, vel Fiſci noſtri,ſeu famam publicã,aut aliàs quouis modo,deducatur,dictos Ordinarios,ſeu eorum Officiales, ſigilliferos & commiſſarios,aut quoſuis alios,ſeu aliorum aliquẽ dictis conſtitutionibus, vt præfertur caſſatis, & annullatis, adhuc pertinaciter vti,& illas ex eorum libris non deleuiſſe, ſeu ipſos iudices,& executores literarum Apoſt. ac Notarios,& tabelliones ſuper his requiſitos, quò minùs eaſdem li-
teras Apoſt. liberè, & abſq; eorum placito, viſione, vel ad- 13
miſſione exequãtur,quoquo modo impediant, ſeu impediẽtibus,præmiſſo,aut aliàs quouis modo, auxilium, conſilium, vel fauorem præſtent,habitis & receptis prius per eum deſuper aliquibus probationibus, ad inſtantiam partis, vel fiſci, vel etiã ex mero officio,etiamq; ſummariè & extraiudicialiter, quantum ſibi ſufficere videbitur, eoſdem Ordinarios, eorum Officiales,& ſigilliferos,& commiſſarios, ac quoſuis alios in præmiſſis culpabiles,& eorum ſingulos,etiam nominatim,& in ſpecie ad inſtantiam partis,vel Fiſci prædictorum,vel etiã ex ſuo mero officio, prout ſibi videbitur magis expedire, vigore præſentium peremptoriè moneat,& requirat, & moneri, & requiri faciat, etiam per edictum publicum in locis affigẽdum publicis, & partibus illis vicinis,de quibus ſit veriſimilis coniectura, quod ad ipſorum monitorum notitiam peruenire valeat,ad comparendum legitimè coram eo, infra terminum arbitrio ſuo eis præfigendum, per ſe, vel pro-
curatores idoneos,& ſi ſibi videbitur, quoad Officiales,& ſi- 14
gilliferos, ac commiſſarios,& alios inferiores, etiam perſonaliter, & non per procuratorem, ſub priuationis omnium, & ſingulorum beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum, per eos obtentorum, & ad illa,& quæuis alia obtinenda, & eorum officia, & alios quoſcunq; actus legitimos exercendum,inhabilitatis pœnis eo ipſo, ſi non paruerint, incurrendis, ſe de præmiſſis legitimè excuſandum, & quoad Officiales, & ſigilliferos, ac commiſſarios aliter, quàm quod iuſſu

Dominorum ſuorum id fecerint, cum hoc caſu teneantur no-
15 bis tanquàm maiori poteſtati obedire, nō autem eorum Do-
minis tanquàm minori poteſtati nobis ſubiectę; quo quidem
termino elapſo, & dictis monitis modo præmiſſo non compa-
rentibus, vel etiam comparentibus, ſed ſe non ſufficienter,
vel minùs legitimè excusātibus, eos oēs, & ſingulos, etiā no-
minatim et inſpecie, quacunq; appel. vel exceptione remo-
ta, pro excōmunicatis, & anathematizatis, ac Ciuitates, ca-
16 ſtra, oppida, & loca, in quibus manſerint, & ad quæ eos decli-
nare contigerit, ſimiliter nominatim & in ſpecie, pro inter-
dictis vbiq; locorum publicari, & denunciari faciat, ipſoſq;
Officiales, ſigilliferos, & Cōmiſſarios, ac alios inferiores di-
ctam priuationis pęnam damnabiliter incidiſſe, & eorum be-
neficia, & officia tanquàm per priuationem huiuſmodi, tam
de Iure, quàm de facto verè vacantia, à nobis, & dicta ſede
17 duntaxat, liberè impetrari poſſe, ac eos ad illa, & quæuis
alia beneficia, & officia eccleſiaſtica obtinenda, ac eorum of-
18 ficia, & quoſcunq; alios actus legitimos exercendum pęni-
tùs inhabiles, perpetuò fore, authoritate noſtra declaret, li-
teraſq; deſuper neceſſarias, & opportunas, ſuo ſub ſigillo
quibuſuis petentibus, det, & concedat. Non obſtantibus. &c.
Datum Romæ apud S. Petrum. Anno incarnationis Domi-
nicæ M. D. xxxiij. 4. Calen. Ian. Pont. noſtri Anno vndecimo.

NOTABILE VI.

De excommunicatione impedientium curſum cauſarum Curiæ Rom. & Romipetas offendentium.

Ex Literis Proceſſus S. D. N. D. Clementis PP. V III. *die Cœnæ Domini &c.*

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes il-
los, qui ad Sedem Apoſtolicam VENIENTES, &

RECE-

RECEDENTES ab eadem, ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, nec non illos omnes, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam à Nobis, vel noſtris Iudicibus non habentes, illam ſibi temerè vẽdicantes, ſimilia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare. 1

2 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel per alios, perſonas eccleſiaſticas quaſcũq; vel ſæculares ad Romanam Cur. ſuper eorum cauſis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumq; geſtores, aduocatos, procuratores, & agentes, ſeu etiam Auditores, vel Iudices ſuper dictis cauſis, vel negotijs deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi, occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè, delicta huiuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſiliũ, vel fauorem præſtare nõ verentur, cuiuſcunq; præeminentiæ & dignitatis fuerint.

3 Item excommunicamus & anathematizamus omnes, tã Eccleſiaſticos quàm ſæculares, cuiuſcunque dignitatis, qui prętexentes friuolam quandam appellationem à grauamine vel futura executione literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, tam gratiam, quàm iuſtitiam cõcernentium, Nec non citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum executorialium, & aliorum decretorum, à Nobis, & à Sede prædicta, ſeu Legatis, Nuncijs, Præſidentibus, Palatij noſtri & Cam. Apoſt. Auditoribus, Commiſſarijs, aliiſq; Iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut aliàs, ad Curias ſæculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea, inſtãte etiam Fiſci Procuratore, vel Aduocato, appellationes huiuſmodi 4 admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quiue illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel exami-

mine, executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi literarum, & proceſſuum executione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibet, ac etiam par-
5 tes; ſeu eorum agentes, notarios, executores, & ſubexecutores, literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & Regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, per ſe, uel alium, ſeu alios, publicè, vel occultè, quiuè aliàs quibuſcunque perſonis, in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negocijs proſequendis ſeu gratijs, vel literis impetrandis ad Rom.
6 Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas à dicta ſede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeu tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

7 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui per ſe, vel alios, authoritate propria, ac de facto, quorumcunq; exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales, & Decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas ab Auditoribus, & commiſſarijs noſtris, aliiſq; Iudicibus eccleſiaſticis auocant, illarumuè curſum, & audiētiam, ac perſonas, Capitula, cōuentus, collegia, cauſas ipſas proſequi volentes, impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquàm Iudices, interponunt; Quiuè partes actrices, quæ illas commit-
8 ti fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciēdum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris & pęnis in illis contentis, abſolui, per ſtatutum, vel aliàs, compellunt, vel executionem literarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium, proceſſuum, & decretorum prædictorum, quomodolibet impedinnt, vel ſuū

ad

ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant; etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeu etiam, donec ipſi ad Nos informandos, vt dicunt, ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi coram Nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur, etiamſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Cõſiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Conſiliarii, Ordinarii, vel extraordinarii, quorumcunque Principum ſæcularium, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarij, ſeu Vicarij fuerint.

Quiue ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam par- 9
tis, aut aliorum quorumcũnq; perſonas eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, Collegia Eccleſiarũ quarumcunq; coràm ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Cõſilium, vel Parlamentum, præter iuris Canonici diſpoſititionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore: necnon, qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones pragmaticas, ſeu quæuis alia decreta, in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet, fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vndè libertas eccleſiaſtica tollitur, vel in aliquo læditur, vel deprimitur,
aut aliàs quouis modo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ Se- 10
dis, ac quarumcunque Eccleſiarum iuribus, quomodolibet, directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè præiudicatur.

Nec non, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſq; ſuperio- 11
res, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunq; Iudices eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet impediunt, quo minùs ſua Iuriſdictione eccleſiaſtica contra quoſcunq; vtãtur, ſecundùm quod Canones, & ſacræ Conſtitutiones eccleſia-

ſticæ,

ſticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt: ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcunq;, ſententias & Decreta, aut aliàs fori eccleſiaſtici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam pęnalia, Ordinarijs, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurãt: eos quoq; qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem.

12 Quiue iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & prouentus ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcunq; eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum pertinentes, vſurpant, vel etiam quauis occaſione, vel cauſa, ſine Romani Pontificis, & aliorum ad id legitimã facultatem habentium expreſſa licentia, ſequeſtrant. &c. Volentes eorundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſi-
13 gillo Iudicis Ordinarij Rom. Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eandem prorſus fidem in iudicio, & extra illud, vbiq; locorum adhibendam fore. &c. Nulli. &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXXXIX. vi. Idus April. Pontif. noſtri Anno Octauo.

NOTABILE VII.

De horrendis effectibus excommmunicationis:

QVid operetur excommunicatio, ex S. Canonibus, Sanctiſq; patribus, & doctoribus, multa vtiliter congeri poſſent: nunc pro hoc tempore, & inſtituto, ſatis ſit perpendere, & ſummatim referre. 19. effectus, quos ponit magnus noſter Doctor Nauarrus in Manua. cap. 27. nume. 17. & ſequentibus.

Primò

Primò igitur, excommunicatio (de maiori loquimur) operatur declarationem excluſionis à gratia Dei propter peccatum mortale. 1

Secundò, excommunicatio excludit à Sacramentis Eccleſiæ, actiuè, & paſſiuè, ita quod nec poſſit accipere, nec dare, c. Engeltrudam 3.q.4. 2

Tertiò priuat ſuffragijs generalibus Eccleſiæ, adeò, vt Eccleſia nulla in re intendat excommunicato ſubuenire per illa, quod eſt maximum damnum. Vnde dici ſolet, excommunicatum poſſideri à Diabolo, capit. audi. capitu. omnis. 1. quæſtio 3. Et Diabolum vti eo ſicut mulio ſuo iumento, glo. in d. c. audi. 3

Quartò excludit à diuinis officijs, & precibus cum alijs ſimul faciendis, vel audiendis. capitul. quod in te. de pœnit. & remiſſ. 4

Quintò priuat omnibus contententis illo verſiculo gloſ. c. ſtatuimus. de Sent. excom. li. 6. *Os, orare, vale, communio, menſa, negetur.* Quem Hoſtien. in Sum. de Sent. excom. §. exquiſita, & omnes Theologi in 4. diſt. 18. & Canoniſtæ mille in locis attigerunt. Per, *os*, intelligitur participatio colloquendo, oſculando, amplexando, recipiendo, mittendo, vel dando literas. c. cum excommunicato, & ſequen. 11. q. 3. Per, *orare*, dicta Participatio Sacramentorum, & diuinorum officiorum, & quarumlibet aliarum precum in Eccleſia, intra, uel extra eam, cum alijs dicendarum, iuxta Innoc. in ca. nuper de ſent. ex. Per, *vale*, includuntur mutuæ ſalutationes, quæ fiunt per collocutionem, aut literas, aut etiam aſſurgendo, aperiendo caput, mouendo labia, & ſimilia, quæ ſignificant ſalutationē ſine locutione, iuxta mentem Card. Imo. & cōmunis in Clem ent. fin. de Sent. ex. quidquid dicat Maior in 4. diſt. 18. q. 2. & Angelus verbo Excommunicatio. 9. §. 4. quorum opinio teneri poſſet, quoad forum conſcientiæ, quando eiuſmodi ſigna fierent ſine intentione ſalutandi, intra animum dicendo, Deus te conuertat, vel ſimile, arg. l. non omnis. ff. ſi certū 5

peta-

petatur,per l. in agris.ff.de acquir.rer. dom.Per, *communio*, participatio, quæ habetur in operando, exercendo, aut faciando aliquid ſimul cum eo,aut habitando in eadem domo, aut in aliqua eiuſdem parte, aut conuerſando cum eo alijs modis, Per,*menſa*, intelligitur comedendo in eadem menſa, dormiendo in eodem lecto,quàmuis domus ſit aliena, ſecundùm S. Anton. 3. part.tit.24.ca.7.iuxta quem,& Innoc. in d.c.nuper.non poteſt quis etiam in conuiuio alicuius tertij comedere cum excommunicato, imò debet ſurgere ex menſa;ſi excommunicatus accumberet, non tenetur tamen exire domo,imò poteſt comedere in alia domus parte,ſi vterque non erat inuitatus ad idem conuiuium,quia ſi erant ambo inuitati, licet in duabus menſis diuerſis comederent, videbuntur cõmunicare in eodem conuiuio,& ſimul,quantum ad hunc effectum comedere,iuxta mentem illorum.

6 Sextò excommunicatio facit irregularem vtẽtem aliquo actu ordini ſuo peculiari. Hoſtien.Ioa.And.Pano.& alij in c.2.de cler.ex.miniſtran.

7 Septimò,excommunicatio facit infamem, ſi excommunicatio eſt manifeſta,per c.infames. 6.q.1.quod Ludo.Roman. dixit ad hoc ſingulare, in ſing. 289.vt ſolùm procedat in excommunicato ob cauſam afferentem infamiam Iuris, aut ob contumaciam in cauſa infamiam inurente.

8 Octauò,facit collationem beneficij eccleſiaſtici adeò nullam,vt non conualeſcat per abſolutionem niſi ſubſequatur noua prouiſio.c.cum bonæ.de ætat.& qual.& c. poſtulaſti.cũ gloſ.& ei annot.de cler.excom. miniſtrant. Et conſequenter tenetur relinquere beneficium, & reſtituere fructus perceptos.

9 Nonò,priuat facultate eligendi actiuè,& paſſiuè.c.conſtitutus. 1.de appell.

10 Decimò ſuſpendit ab officio & beneficio.ca. paſtoralis.§. verum.eod.tit.Quanquam,ſi habet officium publicum,valebit quod per illud faciet ratione eius,quouſq; toleratur.cap.

appro-

approbandum. de re iud. & ibi gloſ. verbo innodatus.

Quod intelligo, in quantum agitur de vitando præiudicio alterius non excommunicati. Nam excommunicatio (ſicut & aliæ cenſuræ) etiã occulta (dumodo probari poſſit) ſemper poteſt opponi contra ipſum excommunicatum: Hinc etſi excommunicatum non declaratum (niſi ſit excommunicatus ob notoriam percuſſionem clerici) vitare non teneamur, exceptio tamen excommunicationis ſemper poteſt excommunicato obijci, etiam ante declarationem, ad excludendum eum à quocunq; actu, eligendi, iudicandi, & ſimilibus. Ratio eſt, quia per extrauagantem Martini. V. ipſi excommunicati, interdicti, & prohibiti, in nullo caſu releuantur. Nauar. dicto c. 27. nume. 35.

Vndecimò, excommunicatio eximit ſubditos ab onere ſeruiendi ratione fidelitatis, aut ſubiectionis iuriſdictionalis, quandiu fuerit excommunicatus. capitul. penult. & vltimo 15. quæſtio. 6. 11

Duodecimò, priuat facultate ducendi vxorem ſine peccato mortali, per ſupraſcripta de Sacramentis. Et hic effectus continetur in ſecundo ſpeciali, tamen notatu dignus propter matrimonia hæreticorum, & cum hæreticis contrahentium. 12

Decimotertiò, annullat Reſcripta obtenta à Summo Pontifice, præterquam ſuper articulo eiuſdem excommunicationis, c. 1. de Reſcrip. li. 6. niſi, quod de more fit, detur abſolutio ad effectum &c. & orator nõ inſorduerit per annũ, vel aliàs. &c. vt in rep et. ca. ita quorundam. de Iudæis. vbi ad gloſ. vlt. nu. 16. poſuimus tenorem regulæ de Inſordeſcentibus. Huius regulæ tenor in Regulis CLEMENTIS VIII. nume. 65. talis eſt. 13

Item ne perſonis, pro quibus literæ ſuæ Sanctitatis emanabunt, ob generalem abſolutionem à cenſuris eccleſiaſticis, quibus ligati forent, ad earum effectum, indifferenter concedi, & in literis Apoſtolicis apponi ſolita, præſtetur occaſio cenſuras ipſas vilipendendi, & inſordeſcendi in illis, ſtatuit

& ordinauit huiuſmodi abſolutionem, & clauſulam in literis quas in futurum cum illa concedi continget, non ſuffragari, non parentibus rei iudicatæ, incendiarijs, violatoribus Eccleſiarũ, falſificatoribus, & falſificari procurantibus literas, & ſupplicationes Apoſtolicas, & illis vtẽtibus receptatorib. & fautorib. eorũ, ac res vetitas ad infideles deferẽtibus, violatoribus eccleſiaſticæ libertatis, via facti, auſu temerario Apoſtolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel executores Apoſtolicæ Sedis, & eius Officialium, eis commiſſa exequentes, impedientibus, qui propter præmiſſa, vel aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine, per quatuor menſes, ſcienter excommunicationis ſentẽtiam huiuſmodi ſuſtinuerint, & generaliter quibuſcunq; alijs, qui cenſuris aliquibus etiam aliàs, quàm ut præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum inſorduerint.

14 Decimoquartò, priuat alios facultate pro eo orandi publicè & ſolemniter, quamuis poſſint priuatè, vt latius in Enchir. de oratione & hor. can. & c. quãdo, de conſe. d. 1. c. ſine. nota. 19. nu. 67.

15 Decimoquintò, excommunicatio repellit à Iudicio, vt nõ poſſit eſſe actor, neque procurator actoris, neq; Rei, poteſt tamen eſſe Reus ad ſe defendendum. c. intelleximus. de Iudic. vt habet communis opinio ibidem.

16 Decimoſexto, facit, vt perſeuerans in excommunicatione per annum in cauſa criminali videatur confiteri crimen. cap. rurſus, & c. quicunq;. 11. q. 3. per quæ malè intellecta glo. fin. in c. 1. de Iudicijs cum alijs multis tenuit, quod debet etiam priuari ſuis beneficijs, quod non eſt verum vt copioſè ſcripſimus ſuper illam.

Mihi tamen hæc quæſtro manet adhuc ambigua, & communem opinionem comprobat Pariſius Flaminius Doctor & Epiſcopus noſtra ætate celeberrimus. de Reſign. lib. 4. quæſtio. 3. numer. 54. Quia inſordeſcens obdurato animo eſt

hæ-

hæretico ſimilis, iuxta diſpoſitionem S. Concilij. Seſſ. 25. cap. 3.

Decimoſeptimò, priuat ſepultura loci ſacri.capitul.ſacris. de Sepulturis. 17

Decimooctauò, obligat manētem in ea per aliquod tempus, ad ſoluendam, antequàm abſoluatur, pœnam conſtitutā in aliquibus Epiſcopatibus. Angel. verb. Excommunic. vlt. §. 13. 18

Decimononò, operatur & alia multa, quæ ſcribit Rebuf. in gloſ. Concord. tit. de Excommuni. non vitan. Quædam tamen incautè. 19

NOTABILE VIII.

De Executione literarum Apoſtolicarum & declaratione Concilij Tridentini Seſſio. 24. cap. 20. de Reformat: Quoad primam Inſtantiam.

GREGORIVS Epiſcopus, &c. Ad futuram rei memoriam. Ad Romani Pontificis prouidentiam circumſpectam pertinere dignoſcitur, dubia ſuper Sacrorum Conciliorum decretis, pro tempore inſurgentia, ſic ſuæ declarationis oraculo dilucidare, & interpretari, vt exinde litium diſpendia inter fideles quoslibet valeant ſubmoueri. 1
Accepimus ſanè nuper, quod licet multoties Rom. Pontifex, vt prouiſiones, & gratiæ per eum de beneficijs pro tempore vacantibus, ac ſuæ, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, & ordinationi reſeruatis, in fauorem diuerſarum perſonarum ſibi gratarum, & acceptarum factæ, executioni debitæ demandentur, & ne (dum literæ Apoſtolicæ ſub plumbo deſuper expediuntur) beneficia ipſa ab aliquibus indebitè occupentur, aut aliqua in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta

ſuſtineant, nonnunquam corporalem poſſeſſionem ipſorum beneficiorum, & illis annexorum, iuriumq́; & pertinentiarū quomodocunq;, Sedis & Cameræ Apoſtolicarum nominibus, apprehendi, ac omnes, & quoſcunq; fructus, redditus, & prouentus beneficiorum, & annexorum eorundem percipi, exigi, eosq́; integros perſonis prædictis, poſtquàm ipſæ
2 literas ſub plumbo expeditas haberent, vnà cum dicta poſſeſſione conſignari, quandoq; verò, dum literæ ſub plumbo huiuſmodi expeditæ exiſtunt, vt ius ſuum vnicuiq; illorum conſeruetur, & temerariorum audacia debita caſtigatione compeſcatur, ac ipſæ literæ Apoſtolicæ faciliùs debitæ executioni, vt par eſt, demandentur, prouiſos de beneficijs in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem beneficiorum, & annexorum, iuriumq́;, & pertinentiarum prædictorum induci, & inductos in ea manuteneri, amotis quibuslibet intruſis detentoribus ab eiſdem, aliaq́; fieri, & exequi, per diuerſas ſuas in forma Breuis, & ſub annulo Piſcatoris confectas literas mandet, & præcipiat, certis inibi modo, & forma tūc præſcriptis, dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ſeu alijs executoribus deſuper deputatis, quibus omninò parendum eſſet: Nihilominus, non-
3 nulli beneficijs prædictis inhiantes, ac gratias prędictas eludere, eorumq́; intruſiones, & detentiones improbè tueri ſatagentes, executionem literarum in forma Breuis huiuſmodi, & facultatem per eas ipſis executoribus attributam, diuerſis dubijs, & cauillationibus remorentur, & proceſſus per eoſdem executores deſuper habitos, & formatos, ac inde ſecuta quæcunq;, nulla & inualida, nulliusque roboris, vel momenti eſſe, neq; attendi debere contendunt, ſub prætextu, quod in decreto Sacri Concilij Tridentini, Seſſione vige-
4 ſima quarta, capite vigeſimo, diſpoſitum fuerit, quod cauſæ omnes, ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiamſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coràm Ordinarijs locorum duntaxat cognoſcantur, exceptis his, quæ

iuxta

iuxta Canonicas Sãctiones apud Sedem prædictam ſunt tractandæ, vel quas ex vrgenti, rationabiliq́; cauſa, iudicauerit Summus Pontifex Romanus, per ſpeciale reſcriptum ſignaturæ ſuæ, eius manu propria ſubſcribendum, committere, aut auocare: Verùm cum decretum huiuſmodi Concilij cõceſſionem prædictarum literarum in forma Breuis, & illarum 5
executionem nihil afficiat, neq; per illos cauſa, ſeu inſtantia introducatur, ſed merè executiuè procedi mandetur, literę quoq; in forma Breuis annulo Piſcatoris munitæ, non minoris ſint efficaciæ, & auctoritatis, quàm reſcripta ſignaturæ Rom. Pont. eius manu propria ſubſcripta: Nos in his noſtræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac prouiſorum prædictorum ius aduersùs dubia, & cauillationes huiuſmodi, æquitate & iuſtitia ſuadentibus, præſeruare volentes, nec non prædictarum, & quarumcunq; literarum in forma Breuis ſuper capienda poſſeſſione, nomine Cameræ huiuſmodi, aut in fauorem literarum ſub plumbo expeditarum, tã à prędeceſſoribus noſtris quàm nobis & dicta Sede hactenus conceſſarum, tenores, ac litis, & cauſæ, ſi quæ deſuper exiſtãt, ſtatum, & merita, nominaq́; & cognomina iudicium, executorum, & collitigantium, pręſentibus pro ſufficiẽter expreſſis habentes, motu proprio non ad ipſorum prouiſorum, aut 6
aliorum nobis pro eis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed ex certa ſcientia, ac de mera noſtra deliberatione decernimus, & declaramus, per conceſſionem literarum in forma Breuis, & ſub annulo Piſcatoris ſuper capienda poſſeſſione quorumcunq; beneficiorum, diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatorum, ſeu affectorum, Sedis & Cameræ Apoſtolicarum nominibus apprehendenda, & eiuſdem poſſeſſionis in fauorem prouiſorum, ab ipſa Sede de eiſdem beneficijs, poſtquàm literas ſub plũbo ſuper prouiſionibus huiuſmodi habuerint expeditas, relaxatione, nec non aſſiſtentia, ipſis prouiſis literas deſuper ſub plumbo expeditas habentibus, præſtanda, & aliorum inhibi expreſſorum executione facienda, quæ man-

7 data executiua ſunt,& ſummariam duntaxat cauſarum,propter quas illę emanarunt, cognitionem requirunt, decretis Concilij huiuſmodi non contraueniri, nihilq́; præiudicij illis inferri,vel eorum formam in aliquo violari, neq; id dici, aut cenſeri,vel executionem literarum earundem propterea in aliquo ſuſpendi, ſiue remorari, aut facultatem, literarum executoribus conceſſam impediri,ſed executores ipſos,& ab eis deputatos ſubexecutores, facultate ſibi per eaſdem literas,vt præfertur conceſſa,vti,frui,gaudere, & contra illis nõ parentes,ad declarationem incurſus pęnarum, & cenſurarũ in eiſdem literis in forma Breuis contentarum,ac inuocationem brachij ſęcularis procedere, ac alia omnia & ſingula in eiſdem literis contenta (illarum tamen forma ſeruata) facere,& exequi liberè,& licitè potuiſſe,& poſſe,nec non proceſſus deſuper habitos, & formatos,habendoſq́; & formandos, ac inde ſecuta,& ſequenda quęcunq;, firma,valida,& efficacia fuiſſe, & eſſe, et fore, ſuoſq́; integros, & plenarios effectus ſortiri debere,in omnibus, & per omnia præſentes quoque literas de ſubreptionis,vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari,
8 vel inualidari, nullatenus poſſe. Sicq́; in præmiſſis omnib. & ſingulis per quoſcũq; Iudices, & Cõmiſſarios, quacunq; auctoritate fungẽtes ẽt Palatij Apoſtolici Auditores,& S.R.E. Cardinales,(ſublata eis,& eorũ cuilibet,quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& authoritate) iudicari, & definiri debere, nec non irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his,à quoquam,quauis auctoritate, ſcienter, uel ignoranter contigerit attentari. Diſtrictiùs inhibentes in uirtute ſan-
9 ctæ obedientiæ omnibus & ſingulis, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præminentiæ exiſtentibus, & quauis etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali,uel alia maiori dignitate,etiam Eccleſiaſtica,etiam Cardinalatus honore fulgentibus,& quauis ſæculari poteſtate fungentibus,ne decreto,& declarationi noſtris prædictis, quouis quæſito colore,

directè,

directè, vel indirectè, contrauenire audeant, vel præſumãt; Et nihilominùs vniuerſis, & ſingulis noſtris, & dictæ Sedis Nuncijs, ac locorum Ordinarijs, eorumq; Officialibus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunq;, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte prouiſorum, & executorũ, & ſubexecutorum prædictorum, ſeu quarumcunq; aliarum perſonarum, in præmiſſis intereſſe habentium, vel alicuius
ex eis, fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes, eiſq; in præ- 10
miſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra prædictos prouiſos, & executores, & ſubexecutores, ſeu alios in præmiſſis intereſſe habentes, eorumq; ſingulos, decreto, declaratione, inhibitione, & alijs præmiſſis pacificè frui, & gaudere, ac præſentes literas, & in eis cõtenta huiuſmodi, ab omnibus, quos illa concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, inuiolabiliter obſeruari:
Non permittentes aliquem deſuper, contra illarum tenorẽ, 11
quomodolibet indebitè moleſtaris. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimis ſuper his habendis, ac ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæculari. Non obſtantibus
fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, 12
& in Concilio generali edita, de duabus dietis, (dummodo non vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium trahatur) alijsque Apoſtolicis, nec non in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad ver-

bum

bum de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterùm, quia difficilè foret præſentes literas ad ſingula loca vbi opus fuerit deferre, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſia-
13 ſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides in Iudicio, & extra, adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, uel oſtenſę. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die decima Iulio. Anno milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo quarto, Pontificatus noſtri anno tertio.

Cæ. Glorierius.

NOTABILE IX.

HIs præmiſsis, quoniam in multis Eccleſijs, quod verè deplorandum eſt, iuxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem ſtatuta à Iure nimis exorbitantia nondum ſunt reuiſa, proinde à S. Sede Apoſtolica prouiſi cumprimis attendere habeant, ut iuramenta in admiſſione poſſeſſionis dirigant iuxta Conſtitutionem S. D. N. GREGORII XIII. eius tenorem hìc extendere non erit ſuperuacaneum.

Innouatio Conſtitutionis NICOLAI III. & aliarum Sanctionum, contra iurantes, & iurare faciẽtes, illicita, impoſsibilia, damnoſa, & Eccleſiaſticæ libertati, ac decretis Concilij Tridentini aduerſantia.

GREGORIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam. Inter Apoſtolicas, & alias Canonicas Sanctiones, quæ de iuſiurandi religione uarijs temporibus prodierunt, fœl. recordat. NICOLAVS

Papa

Papa tertius intelligens, in nonnullis Eccleſijs, de earum 2
conſuetudine obſeruari, vt cum earum Prælati ad Eccleſias
ipſas primò accedunt, vel cum de recipiendis ibidem nouis
Canonicis agitur, nec Prælatos admitti, nec canonicos aliter recipi in dictis Eccleſijs, niſi iurato ab eis, ſtatuta, & conſuetudines ipſarum Eccleſiarum, ſcripta, & non ſcripta inuiolabiliter obſeruare, inter laicos etiam multarum Ciuitatum, Caſtrorum, & Terrarum eum conſuetudinis morbum in aſſumendis Poteſtatibus, Rectoribus, vel Officialibus ſuis irrepſiſſe, vt ipſi Poteſtates, Rectores, & Officiales, ad huiuſmodi poteſtarias, rectorias, & officia, nullo modo admittantur, niſi priùs ſe ſtatuta ipſorum locorum, clauſa, iurauerint ſeruaturos. Et quia in ſtatutis, conſuetudinibusq; ſupradictis interdum aliqua reperiebantur illicita, ſeu impoſſibilia, vel obuiantia eccleſiaſticę libertati, idcircò, ne ſub tali generalitate iurandi, ſic iurantibus peccandi occaſio præberetur, cum iuramentum non fuerit inſtitutum, vt vinculum eſſet inquitatis, prædictus NICOLAVS Papa animarum periculis obſiſtere cupiens, frugifera & ſalubri conſtitutione præcepit quibuſcunq; ſcientibus contineri in prædictis conſuetudinibus, & ſtatutis, illicita, impoſſibilia, vel libertati eccleſiaſticæ obuiantia, huiuſmodi iuramenta ab eis nullo modo præſtari, & iuramenta, ea intentione facienda, vel facta, vt etiam illicita, vel impoſſibilia, ſeu libertati eccleſiaſticæ ob-
uiātia obſeruentur, cū abſq; diuinæ Maieſtatis offenſa, etiam 3
ſub tali intentione præſtari non poſſent, decreuit in huiuſmodi illicitis, impoſſibilibus ſeu libertati eccleſiaſticæ obuiantibus, non ſeruanda, quin potiùs pro animarum ſalute, ſi ſub forma prædicta, vel ſimili aliquos ignorantes, prædicta illicita, ſeu impoſſibilia, vel libertati eccleſiaſticæ obuiantia
iurare contingeret, ad obſeruanda duntaxat licita, poſſibilia, 4
& libertati eccleſiaſticæ non obuiantia, iuramentorum intētio referri deberet, declarans iuramenta ſub huiuſmodi generalitate qualitercunq;, & ſub quacunq; verborum forma

prçſtita,vel præſtanda,ad licita, poſſibilia,ac eccleſiaſticæ li-
bertati non obuiantia duntaxat extendi, ipſoſq; iurantes ad
alia,per præſtationem iuramenti huiuſmodi non teneri: Ve-
runtamen,multi infirmi cupidiq; ſenſus , ſeſe in huiuſmodi
5 iuramenta,cum animarum ſuarum periculo,præcipitāt.Nos,
quoniam hæc ſanctorum quoq; Patrum inſtitutis, & ſalubri
rerum eccleſiaſticarum directioni aduerſantur, & tanquam
de radice ambitionis procedentia,omne bonum in Eccleſijs
rebuſq; publicis peruertunt, ea nouæ prouiſionis ſubſidio
prohibere volentes,præſentium auctoritate innouamus,prę-
dictam Conſtitutionem NICOLAI Papæ;itidemq; alias
omnes Canonicas Sanctiones de abuſu, & reprobatione hu-
iuſmodi iuramentorum promulgatas, volumuſq; eas vbique
ab omnibus, etiam quoad præterita, inuiolabiter obſeruari;
Ac etiam præcipimus,& interdicimus prælatis,Canonicis &
6 alijs ſupradictis,nec non Eccleſiarum Capitulis,& Monaſte-
riorum,cæteriſq; Cōuentibus,Ciuitatū quoq; Caſtrorum &
Terrarū Cōmunitatibus,& perſonis quacuq; dignitate præ-
ditis,ne vlla omninò iuramenta illicita,impoſſibilia,damno-
ſa,vel libertati eccleſiaſticæ, aut decretis Concilij Tridenti-
ni obuiantia,ſiue antè, ſiue poſt electiones, confirmationes,
prouiſiones,receptiones,admiſſiones,aut alios actus,vbicūq;
& quocunq; tēpore, etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis,;
quantocunq; tempore obſeruatæ, quæ potiùs corruptela eſt
cenſenda,ſiue in genere, ſiue in ſpecie præſtare, reddere, vel
exigere, neue ſuper præſtitis,redditis,vel exactis hucuſque
quenquam,in Iudicio,vel extra, inquietare audeāt, quoquo
modo,vel turbare;illos enim,qui iuramenta illicita, impoſſi-
bilia,damnoſa, vel eccleſiaſticæ libertati, aut decretis dicti
Concilij obuiantia,exigere contenderint, Epiſcopos videli-
7 cet,& alios quoſcunq; pontificali dignitate præditos ſuſpē-
dimus à diuinis, Capitula verò,& Conuentus, eorumq; Ec-
cleſias, & loca omnia, interdicto eccleſiaſtico ſupponimus,
8 ac ſingulares perſonas excommunicationis ſententia inno-
damus,

damus,inhabileſq́; facimus ad obtenta,& alia obtinenda eo
ipſo, nobiſq́;, & Romano Pontifici, pro tempore exiſtenti,
relaxationem ſuſpenſionis & interdicti,nec non abſolutionẽ
ab Excommunicationis ſentententia huiuſmodi perpetuò
reſeruamus. Decernentes eos,qui talia iuramenta ſcienter 9
præſtiterint,vſu & commodo rei,& gratia, cuius cauſa iura-
uerint,eo ipſo priuatos eſſe,alios verò ignorantes ad præſti-
torum iuramentorum huiuſmodi obſeruationem minimè te-
neri: Nec non irritum & inane quicquid ſecus per quoſcũ- 10
que,ſcienter,vel ignoranter,attentatum eſt hactenus, & de-
inceps contigerit,attentari. Non obſtantibus præmiſſis,ſeu
quod Prçlatis,Capitulis,Conuentibus,& perſonis prædictis,
vel quibuſuis alijs communiter,vel diuiſim,ab eadem ſit Se-
de indultum,vel in poſterùm indulgeri contingat, quod in-
terdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint, per literas
Apoſtolicas,non facientes plenam,& expreſſam,& ad verbũ,
de indulto huiuſmodi mentionem, cæteriſq́; contrarijs qui- 11
buſcunq́;. Et quoniam difficilè nimis eſſet præſentes ad om-
nia loca,quibus illis opus erit, perferri,volumus, vt earum
exemplis,etiam impreſſis,manu Notarij publici ſubſcriptis,
& ſigillo Prælati,aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõ-
ſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur,
quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ,
vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo, Quingenteſimo, Octuageſimo quarto, Nonis Septembris Pontificatus noſtri Anno Tertiodecimo.

M. Card. S. Stepha.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo, Quingenteſimo

octuageſimo quarto, Indictione duodecima, die verò decima quarta menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, Domini GREGORII diuina prouidemtia Papæ XIII. Anno decimotertio. Retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt, in valuis, ſeu portis Eccleſiarum Sancti Ioannis Lateranenſis ac Principis Apoſtolorum de Vrbe; nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, ibidemq; per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ, per nos Calixtum Brunettum, & Nicolaum Tagliettum, eiuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Curſores.

Ioannes Freile Magiſter Curſorum.

NOTABILE X.

Tranſumptum eorum, quæ Illuſtriſsimus & Reuerendiſſimus Princeps, & Dominus, D. Ludouicus Cardinalis Madrutius S. D. N. Clementis Papæ VIII. ad Inuictiſſimum. &c. Rudolphum Rom. Imperatorem, & per Germaniam de latere Legatus, Anno M. D. LXXXXIIII. in Comitÿs Ratiſponen. pro reformanda eccleſiaſtica diſciplina propoſuit.

1 SANCTISSIMVS D. N. PONT. MAX. pro paterna ſua ſollicitudine, ad animum reuocans, paſſim in Germania, vnam Eccleſiam poſt aliam, præcipitem ferri, ex officio vniuerſalis ſollicitudinis, pariter compellitur, diligenter expendere, qua ratione tantis malis, quæ cum certo exitio Religionis Catholicæ & Eccleſiarum ruina, in ipſis viſceribus, ipſaq; adeò ſubſtantia hærent, & quaſi iam iam erumpentia oculis cernuntur, in tempore occurratur. Sperat autem in primis occaſione præſentium Comitiorum Imperia-

periallum, auctoritate & prudentia Principum Eccleſiaſticorum, de certis & opportunis rationibus in medium conſuli poſſe; meritò enim iudicat illos optimè, & grauitatẽ ipſius rei perſpectam, eandemq́; , vt par eſt, maximè cordi habere. 2

Circa quod, cum experientia ipſa & euentus, nec non exempla Eccleſiarum Halberſtaten. Magdeburgen. Bremen. 3
atq; aliarum euidenter demonſtrent, quàm ſit difficile ſemel collapſas erigere, atq; inpriſtinum ſtatum reſtituere; idcircò (illarum cura, & reductionis ſpe, non abiecta) etiam, atq; etiam cogitandum venit, quibus potiſſimùm modis, diuino 4
auxilio, vindicari poſſint ab interitu eę Eccleſiæ, in quibus adhùc, per Dei gratiam, Religionis Catholicę obſeruantia reliqua eſt.

Primùm itaq́, ſatis per ſe patet, nihil eſſe conuenientius conſeruandis Eccleſijs, quàm omnibus modis proſpicere, vt in ijs eccleſiaſtica diſciplina, & primæua inſtitutio ſartatecta retineatur, adhibita omni circumſpectione, ne prophanis 5
nouitatibus, vel vllis defectibus, aut exceſſibus, feneſtra aperiatur, quibus conſtitutionum, ordinationum, ac legum ſacrarum, vigor minuatur. Quòd certè ab ijs ex officij debito maximè requiritur, qui, tanquam in ſpecula poſiti, diuina diſpoſitione, periculoſiſſimis temporibus Eccleſiarum curam gerentes, ea omnia diligenter proſpicere, & arcere debent, quibus ſtatus Eccleſiarum turbatur, aut læditur.

Quare facere nõ poteſt Sanctitas ſua, quin efficaciter hortetur Illuſtriſſimos, ac Reuerẽdiſſimos Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſq́; Prælatos eccleſiaſticos quoſcunq́; , vt diſtricti, ac grauiſſimi DEI Iudicij memores, periculoſiſſimi, & & angelicis humeris formidabilis muneris, debitũ ſæpè animo recolant, illudq́; DEO, eiuſq́; gratiæ ſe totos committentes; Chriſtiana charitate & ſollicitudine exercere ſtudeant; omnes vias ineundo, quibus impendentia mala, & pugnę, quæ foris intentantur, propulſari, ſimulq́; timores, ac defectus interni ſedari, & tolli poſſint. Id verò in ampliſ- 6

ſimo

ſimo ſpiritualis regiminis campo, multis modis, charitate
& prudentia ducibus, ſecundùm certiſſimas fidei, & diſcipli-
7 næ eccleſiaſticæ regulas, præſtandum eſt; ac in ſpecie cùm
per Conciliorum Prouincialium, & Synodalium, ſtatis tem-
poribus, & pro rerum neceſſitatibus, celebrationes, tùm per
8 diligentes viſitationes, & ſimilia media, neceſſaria planè, ad
ſubmouendum ab Eccleſia Dei ſcandala, & negligentias,
9 quæ corpus ipſum Eccleſiæ euidenter deformant, nudumq;
exponunt, grauiſſimis damnis, & læſionibus, quæ per infini-
tas hæreſes, ac ſectas infliguntur.

Vt autem maiore cum fructu excolendæ Eccleſiæ cura
10 ſuſcipiatur, hortatur in primis Sanctitas ſua, vt omni prom-
ptitudine S. Concilij Tridentini obſeruantia amplectatur,
cum illius ſalutaris directio, multis in partibus, Eccleſiæ
DEI innumerabilia beneficia, & ſpiritualia ornamenta,
protulerit: quod idem in Germania euenturum ſperatur;
11 ſiquidem eius obſeruatio debitis modis ita inſtituatur, vt
omnes re ipſa animaduertant, præfulgentes authoritate, &
poteſtate, integri Eccleſiarum corporis ſplendorem, & puri-
tatem ſeriò concupiſcere.

12 Quandoquidem verò notorium eſt, Eccleſijs non paucis
interitus cauſam fuiſſe, abſurdas poſtulationes, & electiones
perſonarum, legitimas qualitates non habentium, ſecũdùm
præſcriptum Conſtitutionum eccleſiaſticarum, ipſiuſq; le-
gis diuinæ, opere precium eſt, remedium adhiberi ijs incom-
modis, quæ grauiſſima proficiſcuntur à Capitulis, & Cano-
nicorum præcipuis Collegijs, quæ prærogatiua electionis
13 gaudent: Niſi enim electio firmis, & bonis regulis diriga-
tur, vel ſi deferatur in perſonas externam tantùm dignita-
tem, & potentiam appetentes, parumq; ſeruitium Dei, &
beneficium Eccleſiarum, ac Religionis Catholicæ (cui con-
ſecratæ ſunt) obſeruantiam curantes, irreparabilia damna
conſequi neceſſe eſt, cum ingenti Chriſti Saluatoris noſtri
ſanguine redemptarum animarum periculo & iactura.

Cum

Cum etiam Eccleſiarum dignitas, maieſtas, & guberna- 14
tio, in qua Capitula non minimas partes obtinent, condi-
tiones, qualitates, & merita condigna, pro tanto munere,
poſtulent, omnibus modis laborandum videtur, vt iuxta ſa-
crorum Canonum, & S. Concilij Tridentini diſpoſitionem,
& laudabiles Eccleſiarum conſuetudines, & approbata ſta-
tuta, quæ ſacris Canonibus non repugnent, ætas, doctrina,
vita, & conuerſatio ipſorum vocationi, & muneri, ac Eccle-
ſiarum celebritati, quantum fieri poteſt, reſpondeat; ita vt 15
Canonici veram formam Senatus Eccleſiaſtici repreſentēt,
qui Epiſcopis, & Prælatis, in ſanctiſſimæ functionis exerci-
tio, aſſiſtant, non reſiſtant, quiq; occurrente electionum oc-
caſione, ſyncerè, prudenter, ac vtiliter, pro tantæ rei neceſ-
ſitate, officium faciant. 16

Ac proinde Metropolitanos, Epiſcopos, & ipſos adeò Ca-
nonicos, ea omnia conſiderare, & promouere decet, quæ
ad huius ordinis ſplendorem, dignitatem, & puritatem ſpe-
ctant: quandoquidem in illius congrua diſpoſitione, maximè
Eccleſiarum vtilitas, ac illarum conſeruatio innitatur. 17

Et cum Metropolitanis ex officij ipſorum eminentia in-
cumbat prouidere, ne Eccleſiæ comprouinciales detrimen-
tis tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, afficiantur, maxi-
mè illos vigilare decet his temporibus, ne cum Religionis
detrimento, & ipſorum iuriſdictionis iactura, per abſurdas,
& damnatas poſtulationes, & electiones, aut alijs modis, ſuf-
fraganeæ Eccleſiæ in pericula conijciantur, aut ab antiquo
ipſorum ſtatu dimoueantur. Et ſi quid tale attentari cogno-
uerint, omnibus modis, impendenti malo, iuxta ſacrorum
Canonum diſpoſitionem, tempeſtiuè occurrant. In quo, 18
contumacia ſe obijciente, proculdubio Cæſareæ Maieſtatis
authoritatem, pro ipſorum officij executione, & Eccleſia-
rum debita conſeruatione, piè, & benignè promptam ha-
bituros non dubitent. Non minus quoq; confidit Sanctitas 19

ſcopos, & Prælatos maiores, fideliter ſecum reputare, quan-
ti his temporibus interſit veræ doctrinæ rationem haberi, vt
ea, tanquam in candelabro præfulgente, errantes, & quaſi
in labyrintho hæreſum præſentis ſæculi deuiantes, ad Ec-
cleſiæ gremium inuitentur, dum in ea vident vniformem, &
perpetuam doctrinam lucere, eademq; opera obedientes Ec
cleſiæ filij, in ſumma rerum omnium licentia, & perturba-
tione, in Sancta FIDE CATHOLICA retineantur,
& magis, magiſq; confirmentur: De quo, vt ſemper, ita in
præſentia maximè eſt cogitandum, atq; præſtandum, vt in
20 poſterùm doctorum, & bonorum in Vinea Domini Opera-
riorum copia ſuppetat; ad quod maximè conducere videtur,
ſi ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Prælatis bona Seminaria
fundentur, & vtiles miniſtri educentur, qui doctrina ſimul, &
exemplo præeſſe diſcant.

Quæ omnia, cum ad conſeruationē ſpiritualis Hierarchiæ
21 & Religionis, pertineant, promittit Sanctitas ſua ſibi, nemi-
nem commiſſurum, vt in ſe feruor, & zelus deſideretur,
præſenti ipſarum Eccleſiarum neceſſitati conformis; quæ
profectò nulla alia ratione couſeruari, & ad eum finem ad
quem initio fundatæ, & dicatæ fuerunt, dirigi poſſunt.

Cæterum, cum iam reipſa compertum ſit, aliquos Princi-
22 pes eccleſiaſticos magno emolumento, & honore, Eccleſias,
& ditiones ſuas expurgaſſe, ac optimis inſtitutis firmaſſe, ac
conſtabilijſſe, eo magis ſperandum eſt, tàm eos ipſos, quàm
eorum exemplo alios, promptiùs Sacrorum Canonum, &
Concilij Tridentini obſeruationem amplexuros, maximè cū
idipſum ineuitabilis quædam neceſſitas requirat; In quo, ſi
pro ratione horum temporum, & diuerſitate Regionum, ac
23 locorum, caſus aliqui ſe offerant, qui moderatione, diſpenſa-
tione, vel prouiſione aliqua indigeant, quæ à ſua Sanctitate
peti debeat, in eo quotieſcūq; requiretur, paterno planè af-
fectu curabit, quicquid ad vtilem ſanctarum, & bonarum
24 determinationum executionem faciet: nec quicquam in ſe
deſiderari

deſiderari patietur, qnod ad fructuoſam officij paſtoralis ad-
miniſtrationem, & conueniẽtem directionem ſpiritualis ſe-
mitæ, vel progreſſus, pertinere poterit.

Ac demùm intimo animi affectu DEVM omnium bo- 25
norum datorem comprecatur, vt in iſtis publicis Religionis
Sanctæ neceſſitatibus, ſua gratia, tàm ſibi, quàm omnibus in
tantæ ſollicitudinis partem vocatis ita adſit, vt cum ipſius
nominis laude illius quoq; domus decorem, & dilexiſſe, &
concupiuiſſe ardenter, videri poſsint.

Inſuper SANCTISSIMVS D.N. PONTIFEX 26
MAXIMVS ingenti animi cum dolore intellexit, in ali-
quibus per Imperium Eccleſijs, inter dignitates habentes, &
Canonicos, inueniri non paucos, à ſalutari ſacrorum Cano-
num directione deuiantes, idq; in primis cum diuini cultus
neglectu.

Rarò enim Eccleſiæ per Dignitates obtinentes, & Cano- 27
nicos frequentantur.

Diſtributiones, licet ampliſſimæ, aut negliguntur, aut exi- 28
gua in choro mora, percipiuntur.

Annexa dignitatibus, & præbendis onera, & officia, non 29
niſi per Vicarios præſtantur.

Ordines & gradus eccleſiaſtici dignitatibus, ac præben- 30
dis annexi, non ſuſcipiuntur.

Grauitas inculpatæ conuerſationis, non ſeruatur in ha- 31
bitu clericali ſtatui condecente, dehoneſtaturq; & macula-
tur turpi concubinatu.

Vagatione ferè perpetua, ab vna Eccleſia ad aliam con- 32
uolando, præbendarum emolumenta captantur, pauperio-
res Eccleſiæ deſeruntur.

capitulationes,& pacta, conſtringitur.

36 Parochiales Eccleſiæ Capitulis adhærentes,& vnitæ,aut quæ de illorum ſunt iurepatronatus, non approbatis, non examinatis conferuntur.

37 Correctio, reformatio, & viſitatio, excluduntur.

38 In aſſumptione ad Canonicatus, non Eccleſiarum, ſed perſonarum, habetur ratio.

39 PROVISIONES Apoſtolicæ non vbique iuxta CONCORDATA admittuntur, ſæpè excluduntur.

40 Cum Epiſcopis nō rarò contentiones ſuſcipiuntur,idq; nō Iurium Eccleſiæ conſeruandorum,ſed eneruandæ Epiſcopalis Iuriſdictionis ſtudio.

41 Non procurant Principes eccleſiaſtici,ut ipſorum Conſiliarij,& officiales omnes ſint Catholici,alētes in ſinu ſuo ſerpentes,& proditores ſuos.

42 Sacellanos doctos, qui concionibus, & colloquijs Catholicam religionem tueri poſſint, apud ſe habere non curant.

43 Cum non deſint quorum familiæ promiſcuè conſtant tum hæreticis,tum Catholicis,non prouident, ut in ipſorum aulis,ac menſis, de rebus fidei, in perniciem Catholicæ Religionis ſermones, & diſceptationes non habeantur.

44 Beneficiorum pluralitas, etiam quæ non contraCanones eſt, toleratur.

45 Beneficia conferuntur pueris infra ætatem à Concilio Tridentino requiſitam, atque adeò etiam hæreticorum filijs.

46 Non proſpiciunt,ut ſubditi filios ſuos ad ſcolas hæreticas non mittant;Vnde fit, ut quando ſeducti domum redeunt, totas familias inficiant.

47 Sacerdotes, ex alijs diœceſibus, ob flagitia eiectos, temerè recipiunt, nulla cura ſuper uita, & morum inquiſitione facta.

48 Obſeruatum eſt nonnullis in Eccleſiis,dum Canonicatus

pueris

pueris conferuntur, qui eccleſiaſtico ſtatui tandem ſe abdicunt, huiuſmodi Canonicatus, longa ſerie, à pueris in pueros reſignari, magno cum diuini cultus detrimento.

Scolaſteriarum vſus planè quibuſdam in locis intercidit, 49
cum ad Scolaſticorum munus pertineat iuniorum Canonicorum paterna directio.

Qui ad Vniuerſitates mittuntur, ſiue dormiendo in ciui- 50
tate, ſiue etiam perditiſſimè viuendo tempus tranſigant, ſuſq; deque habetur.

Cathechiſmi prælectio, à qua ferè tota pietatis ratio pen- 51
det, nulla ſollicitudine vrgetur, & quod deplorandum, etiam hæreticorum venenum teneræ iuuentuti obijci permittitur.

Hæc & his ſimilia, quæ aliquibus Eccleſijs ruinam attu- 52
lerunt, alijs ex propinquo minantur.

Quare Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis Metropolitanis, 53
Epiſcopis, & Capitulis ipſis hęc proponuntur, vt dignitatis, & officij ſui memores, quæ DEI cultum, Eccleſiæ ſtatum, Religionis conſeruationem maximè concernunt, iuxta quod temporum conditio, & rei grauitas poſtulat, corrigant, & tollant, ad DEI laudem, Eccleſiaſtici ſtatus dignitatem & fidelis populi ædificationem.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, ac S. Vuilibaldo Eiſteten. & S. Vdalrico Auguſtan. Epiſcopis.

INDEX NOTABILIVM RERVM ET verborum prior num. paginam, ſecundus, numerum deſignat.

ACTOR vel procurator non poteſt eſſe excōmunicatus 74 15
Aduocati & alij allegantes non vſum legis frequenter peccant 28 35
Albertus Baro à Terringen. factus Canonicus Ratiſponen. 55 21
Annatarum ſolutio quando & quomodo facienda 6 27
Appellantes ab execut. lit. Apoſt. ad laicam poteſt excommunicati 67 3
Aſcanius Card. Columna deputatus pro 7. Decretal. 29 27
Auditores Rotæ aliquando errare poſſunt 20 16
Auguſtanus Præpoſitus eligitur ex conceſſione Alexand. VI. 51 2

B

BEneficia inferiora etiam electiua, an in mēſibus Papæ ſint reſeruata? 43 1
Beneficium vacat, vbi fertur ſententia priuationis 49 14
Beneficia in quocunq; menſe reſignata extra Curiam confert Ordinarius 53 13
Breuia Apoſtolica executionem habent in Curia etiam in prima inſtantia 77 5

C

CAſſadori deciſio multis dedit occaſionem errandi 19 14
Clemētis VII. conſt. contra violatores Concordatorū 8 11
Clement. VII. conſt. contra impedien. execut. 62 1
CLEMENS VIII. Papa pacificus 30 41
Concordata Germaniæ facta ſub Nicolao V. & Frid. Imper. 1 1
Concilium Trident. ius certum continet 28 27
Concordata quandiu debeant durare, & qualiter obſeruanda. 6. 26.
Concordata, latè interpretanda vti fauorabilia 47 5
Concordatis non poteſt opponi nō vſus 26 20
Concordatis Papa poteſt derogare 44 1
Concordatis ex gratia annuit Pontifex 44 3
Confeſſarius non poteſt abſoluere nō deferentē habitū 37 34
Conſcientiæ Germanorum conſtringuntur Bulla Clementis Septimi 19 10

Con-

Conſcientiæ forum quos actus validat 31 1
Conſtitutionibus nouis ligantur Vltramontani 48 10

D

DEcreta Pontificum non habentes redarguuntur 23 6
Decreta Pontificum, etiam extra Corpus Iuris, obſeruanda 22 12
Decretum irritans inficit tit. & poſſ. & ligat ignorantes 18 6
Decretum validiſſimum Clem. VIII. de non recipien. muneribus 27 27
Differentia inter Concordata et Reg. Canc. 39 2
Diſciplina eccleſiaſtica qualiter reparanda 84 1
Dominico Card. Pinello ſupplicatur pro 7. Decretalium 29 37

E

Electio in Epiſcopatibus & Abbatijs conceditur Germanis 4 18
Electiua beneficia vacantia in Curia confert Pontifex 2 9
Electione caſſata in Curia prouidet Pontifex 2 11
datur contra Concordata 21 7
Excommunicatus ſemel ſemper talis præſumitur 36 26
Extrauagantē allegans non tenetur probare eius vſum 24 12
Excommunicatio contra impedientes Cur. cauſ. Cur. Rom. 67 1
Excomunicationis effectus horrendi 71 1
Excommunicatus eſt iumentum Diaboli 71 3
Exempta beneficia coram Papa renuncianda 52 8
Eyſteten: Coadiutor electus Io. Conradus à Gemingen. 50 3

F

FIſci officium contra impedientes execut. lit. Apoſt. 65 13
Forum conſcientiæ quando admittit excep. de non vſu 35 21
Fructus malè percipiunt prouiſi contra Concordata 33 9
Fuggeri duo illuſtres Curiales Romæ ſepulti 41 13

G

H

Habitum clericalem non deferens priuatus eſt ipſo Iure. 37 32
Hieronymus Card. Matthæius depu.pro 7.Decretaliũ 29 37

I

Ignorantia excuſat à pœnis, ſed non à nullitate actus 27 24
Ioannes Piſtorius Præpoſitus Maſecken. 40 10
Inſtantia prima in cauſis beneficialibus per Breue Apoſtol. vbi 75 1
Intruſi cenſentur quicunq; habent beneficia contra Concordata 10 7
Impediẽtes execut.lit.Apoſ.ſunt excommunicati 64 11
Iurantes illicita qualiter puniantur 81 2
Iuriſdictionem Sedis Apoſtol. vſurpantes excommunicati 70 12

K

Kumerſtat Canonici Ratiſponen.obitus 55 21

L

Lambertus Vrſus Præpoſitus Amanien. 40 9
Leopoldus Archidux electus Coadiutor Paſſauien. 50 4
Lex Romæ publicata obligat quoſuq; Chriſtianos 23 4

M

Madrutius Cardin.Legatus ad Imperatorem 26 21
Mandatum de immittendo prouiſo Apoſt.ante omnia decernen. 57 1
Mẽſes Ordinarijs Germaniæ ſex conceduntur. 5 24
Mortuo ſimilis quando reſignans. 54 16

N

Nuncius Apoſt.neceſſarius pro ſaluanda Germania 29 39

O

Obligatio legis non dependet ex factis ſubditorum 25 18
Officialium Curiæ beneficia reſeruantur Pontifici 3 12
Officiales Curiæ non poſſunt præiudicare Concordatis 38 39
Ordinarij non poſſunt conferre poſt ſignatam à Pont. ſupplicationem. 14 9
Ordinarij allegantes non vſum incidunt in Scyllam 30 43
Ordinarij peccant mortaliter cõferentes contra Concordata 34 15

Pader-

P

Paderbornẽ. Præpoſituræ cauſa in Rota bina propoſitione ventilata 59 1
Papa concurrit cum omnibus Ordinarijs 42 18
Papa concordando ſibi manus nõ ligauit 48 8
Papa concedendo facultatem ſibi maiorem reſeruat 56 5
Philippus dux Bauariæ Card. Epiſ. Ratiſponen. 40 11
Pij V. Sancta vox: fiat Iuſtitia & pereat mundus 48 8
Põtifex eſt vniuerſalis dominus in bonis eccleſiarum 22 15
Põtifex liberè poteſt caſſare Electiones & alteri conferre ex rationabili cauſa 5 19
Poſſeſſio nõ ſuffragatur prouiſis contra Concordata 33 12
Præpoſituræ non poſſunt reſignari niſi in Curia 51 1
Præſciptio non iuuat contrauenientes Concordatis 18 4
Principes eccleſiaſt. & ſæculares acceptarunt Concordata 1 3
Priuatus ipſo iure in foro conſcientiæ inexcuſabilis 35 22
Priuari an debeat inſordeſcens in cenſuris 74 16
Promotorum beneficia, etiã ele-

Q

§. Quotiens verò. In Concordatis, inducit deuolutionem à ſupremo ad inferiorem 42 17

R

Raimundus Comes de Turre Orator Cæſarius 38 43
Regreſſus hodie exulant à Curia per S. Concilium 50 5
Regulæ de annali & triennali non iuuant intruſos contra Concordata 10 16
Reg. Cancel. de beneficijs promotorum afficit Germanos 45 4
Regul. Cancel. de benef. promotorum tenor 62 1
Reſeruaticnibus ligantur Germani quatenus non ſint contra Concordata 17 6
Reſeruationes iuris communis præſeruantur Pontifici 2 6
Reſeruationes generales menſium Sedis Apoſt. 17 10
Reſignatũ Benef. Ordinarius nõ poteſt conferre conſanguineis 54 18
Reſidentia neceſſaria Præpoſitorum & Canonicorum 28 29
Rota ſemper iudicauit iuxta & pro Concordatis 31 45
Rota reuocauit primam deciſio-

Sedis Apoſtolicæ benignitas erga Germanos 42 17
Sepultura in loco ſacro priuatur excommunicatus 75 17
Sigimundus Fridericus Fuggerus Epiſ. Ratiſponen. 40 12
Statuta ſeruanda quæ ſacris Canonibus non repugnãt 87 14
Synodalium Conciliorum celebrationes neceſſariæ 86 7

T

Titulus non acquiritur lapſu temporis 33 12
Trahentes perſonas eccleſiaſticas ad forũ ſæculare ſunt excommunicati 69 9
Trident. Concilij declaratio ſuper prima inſtantia 76 2
Trident. Concilij obſeruantiam iniungit Pontifex Germanis 86 10
Trident. Concilij obſeruantiam ſuadet neceſſitas 88 22

V

Vacante Eccleſia, bona ab Epiſcopis relicta non conuertenda in priuatos uſus 89 34
Valor beneficij verificandus eſt 58 34
Vinea Domini requirit copiam bonorum operariorum 88 20
Viſitationes in omnibus Eccleſijs neceſſariæ 86 8
Vſus legis præſumitur, & non vſus non poteſt opponi Decretis S. Concilij 25 16

ERRATA.

In Epiſt. f. 5. linea 14. ad eam, lege ad ea. fol. 5. lin. 2. ſnerint, lege ſuerint. f. 5. lin. 24. placer, lege, placet. f. 14. lin. 10. quoquomodo, lege, quoquo modo. f. 15. lin. 6. 41. lege 14. f. 16. lin. 16. Germanij lege Germani. f. 20. lin. 26. hæreſm, lege hæreſin f. 40 lin. 2. digniorie, lege digniori. f. 65. in tit. imedien. lege impedien.

Superiorum permiſſu.

ROMAE,

Apud Aloyſium Zanettum.

Anno Iubilei M D C.